sunt et sicce in fine .ij. gradus. extenuant.
perforant. sitque diuretice. et crosso
rum humorum uiscosorumque dissolu
tiue. unde pectus mundificant et
pulmonem ex humoribus fleumaticis.
epatis ac splenis opilationem
aperiunt. et crossam uentositatem
in colon intestino habitam diss
soluunt. urinam prouocant. renum
ac matricis sordes mundificant.
eorum etiam constipationem aperiunt.
Que quidem interiori cortice a
blato si ponantur in uuluam mutua
tur menstrua potenter adducunt.
Rursus a corporibus putridos ex
pellunt humores. uentris dolo
rem mitigant. sompnum inducunt.
Quibus et cum amido et menta po
tui datis sanguinis fluxus omni
celeritate coartatur. Et si cum
sapa potentur difficultatem uri
ne dissoluunt. lapides omnino
frangunt. Et si cum aceto tem
perentur facie lentigines abster
gunt. potui etiam date cum uino
diuturnis febribus mitigatio
nem prestant. De nucibus.
Nuces dupliciter diuiduntur. Sunt
enim uirides et sicce. Virides siccis mi
nus sunt calide. aliquantulum tamen
humoris habent propter maturitatem
imperfectam. unde pauci sunt siccita
partim tamen stomacho sunt nociue. Que
si a ieiunis comedantur cum a
ceto et ossomegaro uentrem hu
mefaciunt. Cum ruta comeste
ualent contra uenenum. Sicce
uero nuces sunt triplices. Quedam
sunt recentes tempori eas producenti. quedam remote. Alie sunt uiciniores me
die. propinque autem humide sunt. mo
dicum unctuositatis habentes.
atque quedam ponticitatis eis inest.
Que quantum ab eo elongantur
tempore tantum earum humiditas consu
mitur: eisque unctuositas dominatur.
Que manducate cito conuerti
tur in humores colericos. Quibus
itaque uetustioribus existentibus et
unctuositate earum multo magis
eis dominante fit sapor earum quasi
uetustissimum olei et saporem naturalem
amittunt. Ceterum quidem nuces
corporibus nocent. quia difficiles sunt
ad digerendum. noxie stomaco
colericis assimilantur humoribus
calidaque tussi inimicantur. Quod si
nuces comparemus auellanis
inuenimus auellanas magis nu
trimenti propter sue substantie spissitatem
et unctuositatis paruitatem. Nu
ces uero ideo minus auellanis nu
tribiles propter sue substantie raritatem.
et unctuositatis copiam ac uis
cositatis. unde nullus stomachi semper
sunt contrarie nisi cum inueniunt
stomachum temperatum. aut tamen haben
tem frigiditatis quantum calori nu
cum repugnare ualeat. Ideo
tali modo stomacho fiunt boni nutri
menti: boneque digestionis. Calidis
uero habitibus stomachum prauant ustionem.
et in colericos inmutantur humores
ac fumosos. dolorem capitis fa
ciunt et uertiginem oculorum. Sed ut
ab eis omne auferatur nocumen
tum. mundari eas necesse est. et per
noctem unam in aqua calida
poni. ut partem humiditatis aque
sibi mutuent. fiantque quasi uirides.
Secundum medicinam uero quia si ante
cibum cum ficubus edantur. contra

rem uenenosam corpus defen
dunt. Quod si ex eis cataplasma fe
cerimus cum cepis. sale. et melle
proficiet contra morsum rabidi
canis. Rursus cataplasmata ex
eis cum melle et ruta facta sup
apostemata ex colera nigra uel flate
nascentia imposita ea mire dis
soluunt. Que etiam si cum suis tri
te corticibus et sup umbilicum im
posite destruunt intrinsecus in cor
pore apostemata nascentia. Corticis quoque
uel frondium sue arboris mun
exagium esui datum cum uino.
stranguirie optime subueniunt.
Et si cum aceto potetur repugnat
febrientibus rigorem habentibus.

Auellane nucibus **De auellanis.**
sunt frigidiores et ponticiores.
earum enim corpora sunt solidiora
et spissiora unctuositate carentia
hac de causa plus nucibus sunt cor
pori nutritiue. tardiores tamen
ad digerendum. et descenden
tibus e corpore inflationem uen
tris generant. maxime si cum
interiori superficiei comedantur.
Que interiori cortice ablato fi
unt digestibiliores. et utiles sunt
antiquam tussim habentibus.
precipue si cum melle pistate e
sint donentur. Quibus etiam cum
modico piperis assi reuma paci
entes celeriter adiuuant. Que
etiam non asse ieiunis sumpte fi
unt esse uenenum. Preterea si cum
exteriori cortice asse pistentur cum
ueteri adipe suis uel ursi. proficiunt allo
peciam habentibus. locisque denu
datis capillos reuocant. **De fi**

Ficus calidi sunt et sicci in me **cis.**
dio secundi gradus. bonum comedenti
bus prestant nutrimentum. Quia

cum tamen habeant amaritudinis et
ponticitatis. unde sunt epatis confor
tatiue. eius enim constipationem
aperiunt. Sunt etiam pectus atque
pulmonem mundificantes. qui
si cum uino cocti potui dentur fi
unt esse uenenum. Ipsi quoque proprie fi
stule epatis conueniunt. Olim quidem
capiti dolenti mitigationem pre
stant. quod dyascorides dixit esse sto
nauseatiuum. Galienus non affirmat.
Dixit enim neque nauseatiuum neque
lesionem stomaco facere. neque
uentrem soluere nec constipare.
Sed tamen calidam habentibus comple
xionem modicum ex eis comedant.
Quod si assi fuerint comedentium
stomachum confortant. **De pineis.**

Pinee sunt calide in fine secundi gradus
sicce in eiusdem initio. Quarum
species due sunt. masculine uidelicet
que sunt parue. et feminine quo
rum forma est magna. Masculi
ne autem sunt calidiores femininis
et sicciores. Quarum calor est in ini
tio primi gradus. siccitas quoque earum
in eiusdem fine gradus. Que si in aqua
calida infundantur prebent corpori
laudabile nutrimentum. et collec
tionem in pectore et pulmone
habentibus subueniunt. atque tus
sientibus ex humorum putredine
mitigationem tribuunt. Que cum
seminibus cucurbite date renum
et uesice ardorem urinam prouocan
do auferunt. Feminine uero mascu
lis nutribiliores. et crossum et
difficile ad dissoluendum faci
unt nutrimentum. Sed utiles sunt
medicinam. Sunt enim lenitiue mem
brorum asperitatis humores putre
factos dissoluunt et extenuant. prop
ter hoc sunt utiles ad mundificam

dam pectoris famem. et ad tussim expellendam. Que cum sapa preparate purificant renes atque uesicam omni sanie. urinam prouocant. lapidem expellunt.

Explicit liber secundus. Incipiunt capitula libri tertij.

De melonibus.
De cucumeribus.
De cucurbitis.
De endiuiis.
De petroselino.
De porro.
De menta.
De portulaca.
De spinacio.
De oxalida.
De caulibus.
De rapice.
De ... .
De oxelongia.
De capparis.
De coriandro
De cimino.
De carui.
De zinzibere.
De croco.
De sinapi.
De opsomagrão.
De natiuis animalium.
De pecudibus.
De bubus.
De leporibus.
De porco.
De equo. camillo. et camelo.
De urso.
De diuersitate membrorum animalium.
De extremitatibus animalium: sicut sunt aures labra et pedes.
De cerebro.
De pinguedine.
De naribus.
De gutture.
De epate.
De carduis.
De lactucis.
De apio.
De eruca.
De feniculo.
De borragine.
De atriplice.
De bleta.
De sicla.
De rapa.
De sparago.
De ... assia.
De fungis.
De cepis et porris.
De ruta.
De aneto.
De pipere.
De cinamo.
De oxalide.
De aceto.
De sale.
De uitis.
De ceruo.
De rizo.
De asino.
De leone.
De medulla.
De oculis.
De lingua.
De corde.
De splene.
De renibus.
De butyro.
De uolatilibus.
De pullis columbinis.
De membris uolatilium.
De ouis.
De aqua.
De uino. Et diuersitate eius.
De lacte.
De caseo.
De pullis gallinaceis. gallina et gallo.
De piscibus.
De fluuie.

Explicit capitula. Incipit prologus.

Postquam compleuimus in hoc secundo libro de granis. leguminibus et fructibus prout oportuit et potuimus. et de custodienda sanitate in sanis. et egrotis ualitudini reddendis. oportet itaque in hoc tertio libro ea que diximus in complere olera uidelicet. condimenta. carnes. pisces et similia. Igitur ab herbis incipiendum est.

Explicit prologus. Incipit liber tertius primo de oxelombus.

Melones estiui duobus modis sunt. Rotundi. scilicet et longi. utrique uero frigidi et humidi in medio secundi gradus. Rotundi tamen uiscosiores sunt et crossiores. Causa rotunditatis eorum hec est. liquor enim eorum quia crossus et uiscosus fuerat natando in superficie equaliter diffundit se circa latera. Longi uero quia liquor subtilis et aquosus fuit. effluit et discurrit inferius. Ideo ipsi elongantur quo certificatur huius rationem. Sapor enim rotundi aliquantulum uicinatur dulcedini. Longior uero in sapore quam aqua est. Sapidi autem dulcique nec crossitudo et uiscositas dicuntur. uero longus nimis nec abilis est paruumque colatiuus et mundificatiuus. Rotundus autem nec est tior et magis colatiuus. et uiune

prouocatiuus. arenas etiam et lapi
des a renibus ac uesica expellit quia
eius sapor testatur. Videmus etiam
enim corpora ex eo fricata ab omni
sorde mundificari. Vtrique tamen
ad corruptionem parati. Commu
tantur etiam in humorum qualitatem
in stomaco existentium. siue cole
rici sint siue flegmatici. Ideo stomaco
nocent. neruos enim eius mollifi
cant eisque lubricitatem prestant.
Quod si cibum in stomaco inuene
rint miscentur cum eo et cum lubri
citatis cibus egeritur priusquam
coquatur. In intestinis etiam ru
gitus et uentositates faciunt.
non numquam uomitum et abhomi
nationem. Ideoque necesse est illos
comedi ante omnem cibum stomaco
ab humoribus munito. nec alius
accipiatur cibus quousque dige
sti esse uideantur. Si ita a comeden
tibus percipiuntur digestiue obedi
unt uirtuti. et bonis assimilan
tur chimis licet eorum conuersio
flegmatica sit. Quibus econtrario fri
gidi et pessimi generantur humo
res. fiuntque causa malarum generandi
rum febrium. maxime eis qui co
lerici et calidi sunt naturaliter. quod fit
propter sue conuersionis uelocitatem.
et sui mutationem in colericum
humorem. Sed ut ab eis nocumen
tum auferatur in fine eorum donen
tur oxizacchara. maratrum. mastic.
flegmatici uero accipiant oximel. zin
ziberis conditi. aut ℥. sicci. et thimi
masculi. anisorum. ʒ. i. aut diacimi
nium. et purum bibant uinum. Se
men melonis atque radix minus
carne frigida sunt. Sed cum desiccan
tur in fine fri. gradus sicci sunt. Ideo
plus carne sunt collatiua. Sem

en urinam prouocat. renes autem
et uesicam mundificat ab are
nis et lapidibus. Maiorem tamen
in renibus facit actionem quam in
uesica. Renes enim sunt carnosi. et
inde lapides et arene nascentes
in eis sunt molles. Vesica quidem
quoniam neruosa. duros lapides et a
renam generat. Quare de re necesse
est fortiora medicamina dentur
uesice quam sunt semina. Corticis autem
melonis puluis oris fetorem
tollit si ex eo lauetur. Dyascorides.
Semen inquit melonum insu
perficie mundatum et cum carne
melonis et ciceris et fabe farina
temperatum. et in modum trocisci com
positum. et ad solem desiccatum
ualet ad faciem mundandam.
et cutim extenuandam. Rursus.
Radicum eius puluis duarum drag
marum pondere cum oximelle bibitum
irritat uomitum. Est et aliud me
lonum genus qui palestini uocan
tur. qui uulgariter dicuntur sarrace
ni. humiditas istis minor est ce
teris. frigidiores tamen illis sunt. propterea
sunt sarraceni tardiores diuque
ad conuersionem. Diximus etiam
eos corruptioni esse inobedientes.
unde calorem habentibus in stomaco
atque febricitantibus conueniunt.
quoniam grossities eorum frigiditas
repugnando febribus ardorem e
arum extinguunt. **De cucume-**

ribus.

Cucumeres frigidi sunt et hu
midi in .ii. gradu. grossi et duri
ad digerendum. et tarde e stomaco
descendunt. stomaco nocui sunt.
neruositatem eius peruadunt. Qui
cibum aliquem in stomaco inue
nientes cum sui frigiditate illum
seruant crudum. nec dimittunt

a stomaco dissolui. Sed tamen stomaco minus nocent quam melones, quia cucumeres mordientes digestiue uirtuti laborem in stomaco faciunt. Melones uero stomachi fluxum emolliunt et conuertuntur in uenenosos humores quibus stomacus percutitur. Ueritamen si bene digesti fuerint melones, meliores quam cucumeres chymum generant, quia cucumerum chymus est crossus flegmatici in tuto uicinus. Unde ypocras: Cucumeres sunt crossi et difficiles ad dissoluendum et magis quam melones urinam prouocant et uentrem humectant.

De citrulis.

Citruli sunt frigidiores et crossiores et cucumeribus grauiores. Frigiditas enim eorum est in fine secundi gradus. Proinde crossum flegma generant et magis cucumeribus neruositati stomachi nocent. Rursus propter suam duriciam et frigiditatem sunt crossorum humorum et frigidorum generatiui. Quod certificatur quia ceteri in stomaco moram facientes corruptionem uenenosorum humorum subeunt. Ergo citruli magis omnibus stomaco nocent. Medulla tamen eorum perfectiorem chimum generat.

De cucurbitis.

Cucurbita frigida et humida in secundo gradu. Flaticam generat chymum. Proinde calidis natura conuenit et contrario frigidis. Colericis melior est quam sanguineis, quia eius humiditas stomachum humectat atque suum calorem extinguit. Similiter debemus eam intelligere nociuam flaticis esse plusquam melancolicis. Que quidem melius est si colericis tali modo detur. Coquatur scilicet cum coctanis et cum mali granati succo, aut cum succo agrestis uue, aut aceto malorum citriorum, aut cum oleo amigdaleo uel oleo ozifacino condiatur. Flaticis autem elixa et ab aqua expressa cum sinapi, pipere, apio et menta utilius datur, ut ex eorum caliditate condimentorum temperetur caloremque generat chymum. Et condimentum eius sit cum coctanis et ceteris supradictis ut temperiem accipiat et ad extinguendum calorem et ad stomachum confortandum. Que habet etiam his actionem medicine congruam, quia si cooperiatur pasta et assetur et succus interius eius in pasta inuentus potui detur, calorem febris mitigat sitimque extinguit. Preterea si cassiafistula, mola, zacharia, manna ad potandum tribuatur, solummodo coleram rubeam purgat. Preterea si in aqua elixetur eiusque uel cum modico nitri et melle potui detur eis scilicet quibus flegma seu colera dominari uidetur, eos summa cum celeritate adiuuat uel tuetur. Corticis eius succus cum oleo rosaceo commixtus dolorem capitis ortum colerica complexione amputat. Rursus si ex eodem succo in aure calidum apostema habente distilletur, mire dolorem placat et apostemati repugnat. Sed tamen colice passioni nocet propter sue lubricitatis indigentiam.

De lactucis.

Lactuce duo sunt genera. Est enim domestica et siluestris. Domestica licet frigida sit et humida, non tamen ei ultime dominantur. Hee enim qualitates si quantitatiue lactuce dominarentur, natura cibi careret. Sed actio eius soli conueniret medicine, maxime in fine

siu tpis cum induratur. Ideoque an
tiqui dixerunt eam frigidam
esse in .ij. g°. et aquis lacuum eas
assimulaverunt. Quarum comple
xio minus aquis fluminum
frigida est propter solis calorem eam u
q; in profundum perforantem. et propter
terre lenitatem. et sui cum luto
commixtionem. Lactuca vero cum
sit mediocriter frigida et humida me
lior e ceteris herbis. ad generandum bo
num sanguinem in qualitate et
quantitate. Que si non lavetur
aqua melior est. Aqua enim sue
frigiditati et humiditati aug
mentum tribuit. Lactuca cito
digeritur. urinam provocat. stomachi
inflammationem colera rubea ortam
extinguit. unde fit causa tussim
placans. Sanguinis ebullitionem
refrigerat. vigilias patientibus
somnum laudabilem prestat.
Capitis dolorem de colera rubea
seu sanguine ortum amputat.
Cataplasmata vero tymporibus ad su
perdicta opitulantur. Sed cocta plus
quam cruda fit esui conveniens qua
eius lac calore ignis minuitur
propter quod somnum erat inducens
propter hoc igitur lactuca in exordio si
o cum lacte indiget fit utilior
stomacho. et ad augmentandum
lac mulieris et vim sperma conve
nientior. Causa secundum quam
paruitas est sui acuminis propter
humiditatis sue frigiditatisque
temperiem. Sperma et lac augmen
tat propter sanguinis bonitatem
quem generat in qualitatis et quan
titatis perfecti. Rursus eius actio
nec ventrium e solutiva nec con
stipativa. Indiget enim acumine
et dulcedine unde sit solubilis.

nec indiget stipticitate: aut pon
ticitatem non habet per quam iudi
cetur esse constipativa. Sed tamen
cum induratur et lactis copiam
habuerit eius humiditas minu
itur. et fit saporis amari. unde fit
aperitiva. Sanguinem pessimum
generat. ideo eam assuescentibus fit
nocitiva. quia oculorum tenebrositatem
tem facit. materiam spermatis cor
rumpit. Causa visum obscurans
est sensus mortificatio. unde spiri
tus visibilis extinguitur cum sua
etiam oppilatione calorem suffo
cat naturalem. Ideoque sperma coa
gulatur. hac de causa sepe semi
ne lactuce pollutionem habentibus
ad potandum dato summa celeri
tate succurrit. Cataplasma frondium
eius habentibus erisipilam subve
nit. calidum etiam apostema dissolvit.

De lactucis silvestribus.

Lactuca silvestris
in forma quasi domestica
ca est. Rami tamen silvestris longio
res. frondesque subtiliores et aspe
riores minusque virides propter sue
paruitate humiditatis. quod testa
tur sue amaritudinis multitu
do et ponticitatis. ideo minoris
est frigiditatis domestica. est enim
quasi mediocris inter calidum et frigidum
in .ij°. g°. Cuius actio est iuvativa
quasi eupatorium. Lac quoque eius
quasi lac papaveris nigri. minus tamen
frigidum. unde Dyascorides. Lactis silvestris
lactuce .ʒ. i. cum suco domestice
et aceto mixta. potuique data cru
dos humores expellit. Solum etiam
lac bibitum sompnum inducit. Alii
dicunt provocare menstrua propter
suam amaritudinem.

De endivia.

Endivia duplex est silve
stris et domestica. Domestica vero

diuise uirtutis est. habet enim amaritudinem et ponticitatem et insipiditatem. Que tamen in duas diuiditur partes alias. Est enim hyemalis et estiua. hyemalis autem insipida est propter sue amaritudinis et ponticitatis paucitatem. Insipiditas est propter ipsius frigiditatem et humiditatem. unde frigida est in fine primi gradus. Alii quidem dicunt in principio secundi gradus. Quidam autem eam esse humidam quod sensui non patet. Sius enim siccitas palam est propter amaritudinem suamque ponticitatem. Secundum medicinam uero utilis est. quia cataplasmata super stomachum mire confortat eum. ualetque colicis et cardiacis. Estiue autem est amaritudo. si minoris est frigiditatis. scilicet frigida est in primo gradu. scilicet in medio .i. propter hoc peiorem generat sanguinem. G. lactuca siue endiuia que maioris est amaritudinis ipsa deteriorem generat sanguinem. Estiua tamen secundum medicinam est mediocris quoniam plus est apertiua. maxime constipationis epatis. Que si elixa detur cum obsomogaro et oleo comedendum minus erit nocibilis. Si uero cum aceto stomachum confortat. uentrem constipat. Succus quoque eius coctus dispumatusque atque cum oxizachara bibitur constipationem aperit et humores putrefactos mundificat. fitque conueniens diu febricitantibus. Siluestris quidem frigida est in initio .i. gradus. sicca in eiusdem fine. Ideoque habet ponticitatem stomachum confortantem. Que si manducetur aut succus eius bibatur morsui scorpionum subuenit. Cataplasmata co-

dem modo operatur. Radix eius si bibatur fit contra uenenum. Que cum mirra mixta et in uuluam supposita menstrua procul dubio prouocat.

Capitulum.

Apium duplex est. domesticum uidelicet et siluestre. Domesticum in duo diuiditur. Est enim quoddam in aqua nascens. et est aliud in ortis. Aquaticum autem minus ortensi est calidum et siccum. proinde digestibilius est et minus stipticum. unde conuenit natura calidis. et ualet secundum medicinam quia cataplasmatum cum mica panis supra stomachum mitigat eius ardorem. Quod uero in ortis nascitur calidum est in principio .iii. gradus. siccum in medio. hoc testatur amaritudo eiusque acumen. Ideoque crudum esum citatum opilationem aperit. urinam prouocat. uentrem stringit. proprietatem etiam habet constipationem soluendi et uiam humoribus faciendi. eosque ad stomachum et uuluam et caput attrahendi. unde fit nociuum epilenticis. maxime in uuluam fetum existenti. unde G. pregnantes inquit apium assuete manducantes causa sunt apitum generandorum in fetibus eorum et putridarum pustularum. Rursus. Non debemus apium pectoris lauare. quia humores membrorum corporis totius ad stomachum coadunat. unde uomitum generatur. Semen magis frigidis est diureticum. Radix autem magis omnibus est diuretica. Que si cum lactucis comedatur non adeo nocet corporibus. quia de lactucarum humiditate temperiem aliquatulum accipit. non nunquam in medicina mittitur semen. et doloris praeter mitigationem atque

nutrientibus remedium. fitque contra venenum. Sed tamen apium immunda
liter nocet epilentiam patientibus.
Sucus apii valet contra febrem
antiquam si solus aut cum
suco marrubii mixtus potui detur.

Est et aliud. **De alio genere apii.**
genus apii quod vulgus cerfolium
vocat calidum est in fine .iii. gradus siccum
in .ii. quod potui datum cum melli
crato menstrua provocat et urinam.
laterum dolorem renum atque vesice
placat. ventris tortionem de calida
sua fumositate mitigat. stomaci
etiam ventositatem et omnium
viscerum dissolvit et opilationem
aperit. **De petroselino.**

Petroselinus calidus est et siccus in
fine .iii. gradus. ideoque diureticus est.
incidens. urinam provocat et men
strua. ventositatem dissolvens
et inflationem. precipue hoc eius
sperma facit. unde G. petroselinus
inquit cataplasmatus super pustulam
scabiem ac morfeam mirre mun
dificat. unde fit ydropicis iuvati
vus et periodicam febrem patien
tibus. Renum ac vesice placat
dolorem. quia corporis poros aperit
nt. viasque rarificat. et humores
extenuando cum urina et sudore
piat. epar et vulvam mundificat.
opilationem eorum aperit. et apostema
curat maxime que sunt in reni
bus. ventositatem colice passionis
dissolvit. qui pessatus et in vul
vam missus menstrua provocat.
secundinam et mortuum fetum
expellit. quo etiam potui dato.
mundificat fetus a grossis et vi
scosis humoribus. **De eruca.**

Eruca calida in .iii. gradus est humida in
primo. Sola comesta capitis dolorem
generat. ventositatem facit et infla
tionem. Que si cocta comedatur
spermati augmentum tribuit. et
veneream erigit. augmentati sper
matis fit causa propter calorem eius
que humiditatem. ventris inflatio
propter caliditatem quam generat ventosi
tatem. Set tamen capiti nocet dolorem
inferendo. Colicos et flegmaticos
eam cavere oportet. diligentibus
eius comestionem detur cum en
divia. lactuca. portulaca. Sola est
accepta dolorem generat. digestionem
corrumpit. ventrem constipat.
spermatis humiditatem desiccat.
coitum valde debilitat. frigidis
vero naturaliter convenit. quia cor
digestivam virtutem adiuvat. ven
trem humefacit. sperma et coitum
augmentat. Dya. Eruca inquit u
rinam provocat. quod ypocras nega
vit. dixit enim eam humectare ven
trem. non provocare urinam et hoc dixit.
non enim vim habet aperitivam. sper
ma vero eius non est inflationis ge
nerativum. quia indiget humi
ditate. set cum calore suo coitum
augmentat. sperma crescere non facit.

Porrum calidum **De porro.**
est in medio tertii gradus. siccum in
fine. quod etiam efficiat sui ponticitate. unde
sanguinem constringit e naribus
fluentem. Sed secundum cibum illauda
bile est. Nocet enim stomaco faciens
inflationem ac ventositatem. et
cum sui acumine mordet nervos
eius. habet etiam proprietatem faci
endi fumum nigrum melius pertinen
tem. qui caput ascendens visum
facit tenebrositatem. atque somp
nia turbulenta inducat ac timorosa.
unde est ab omnibus cavendum. naturaliter
lesionibus eius aptis habentibus

maxime colicis. maniacis. et opi
lationem in capite habentibus
q̄ comederit diligentes post cu-
curbitis accipiant. portulacis
et endiuias et silia. ut eius calor
ab istis temperiem accipiat. aut
elixetur. deinde bis aut ter laue
tur. et esui priori modo detur. Quod
tū ualet s̄m medicinam. Crud
eni comestus canales pulmonis
de crossis mūdificat humoribus
epatis opilonem aperit. oxucrimi
am habentibus mitigationem
tribuit. Sucus eius cum aceto o
leo ro. a thure naribus īmissus sā
guinem constringit de naribus
effluentem. s. eis qui frē sūt na
ture. In aurem distillatus dolo
rem placat de fritate eorum.
Crudus cataplasmatur sup mor
sum serpentum bene prodest. Si
cus quoque si pistetur et sup emo
roidas catapletur tumorē de
humiditate factū dissoluit. Ca
put eius coctum et cū sisami
leo aut amigdaleo conditum
uenerem suscitat et uentrē hu
mectat. ualetque cont colicā pas
sionem que fit de crossis huō
ribus et uiscosis. Semen porri sic
cius et fortioris actionis ē. de q
due ʒ. potui date cum duabus
aliis myrte semis sanguinē
e pectoris serratu fluentem re
stringit. gule tū et dentibus no
cet. Quod si assetur et nasturcii se
mine misceatur emoroidas p
dest pacientibus. uentositatem in
testinorum dissoluit. tū cōstipat
uentrem. Siluestre uō calidum
est in. iiij. g. et siccum in. iij. pro
inde crossos humores dissoluit.
opilationem aperit. urinam pro

uocat et menstrua. Succus eius si
modum pessarij uulue supposit
menstrua puocat. De feniculo.

Feniculus bifarie diuidit
est eni siluestris et domesticus.
Domesticus in medio scdi gdu
calid est. sicc est in medio primi.
in obediensque digoni. Set tamen
ualet s̄m medicinam. Succus ei
eius coctus et dispumatus atque
cum oximelle potui datus ualet
contra diuturnas febres. et uri
nam puocat. Qui desiccatus et
cum collirio mixtus fit utilis o
culorum lumini. Semen ei calidum
est in. ij. g. siccū in fine primi.
lactis est augmentatiuum. opila
tionis epatis. renum et uesice a
peritiuum est. lapides frangit.
menstrua puocat. ualetque contra
febres diuturnas. Siluestris āt
stranguinosos iuuat. lapides.
urinam. et menstrua plus dome
sticus cimat. Dia. Radix feniculi
cum suo semine potata ualet
contra yctericiem et cōtra uenenū.

Menta calida est et De menta.
sicca in. ij. g. habet ponticitatē
et aromaticam odorem. uñ sto
macum cōfortat. appetitum ir
ritū irritat. abhominationē de
putridis humoribus amputat.
Succus ei cum suco malorum gra
natorum mixtus et cum aceto po
mi citrini singultum sedat. et
uomitū colericum. linguam
etiā lenit asperam si ex eo fricet.
Cataplāitus sup mām̄as lacte
tumidas tumorem oio dissolui.
esu assuefcā coitum suscitat.

Borrago calida ē De borragine.
et humida in pō g. ppietatē
hēt generandi letitiam. Si ī ui

no missa potui detur cor etiam con
fortat. proinde antiqui miscebant
eam cardiacae medicaminis ualen
tibus passioni. Que etiam cocta cum
aqua et melle. aut zacchara. et po
tui data empimales pulmonis et
gutturis optime purgat et mun
dificat.

De portulaca.

Portulaca frigida est in .iij. gradu humida in .ij.
Rami autem eius habent aliquantulum
ponticitatis. unde propter frigiditatem
frondium ualet ad incensionem
stomachi. matricis. renum. et morsionem
uesice. Calorem et febrium exti
guit acutarum. et propter ponticitatem
quam rami habent stomachum
est confortans et intestina. et ua
let contra uulnera in eis uel in ue
sica. Sanguinis fluxum undecumque
manauerit constringit. Succus eius
bibitus cucurbitinos de uentre
excludit. Quod si in capite uel fron
te uel in interioribus inungatur
dolorem aufert atque calorem. Ra
mi eius si manducentur dissinte
riam et colicam egestionem ha
bentibus subueniunt. propterea si portu
laca masticetur dentibus conge
latis occurrit. Leniunt enim eos cor
rigit asperitatem de acetosis natam
humoribus. Cataplasmata super emor
roidas earum sanguinem stringit.

De atriplice.

Atriplex frigidus
est in primo gradu. humidus in .ij. parum
nutrit. Succus eius est liquor et aquosus
cito eicitur. Conuenit in medicine
propter suam uiscositatem. quia cata
plasmata super calidum apostema illud re
frigerat. maxime si sit erisipila.
Semen eius mundificatiuum est et
collatiuum. proinde utile est ycteri
ciam habentibus que de epatis opila
tione nascitur. De quo duabus drachmis
cum melle potui datis colicis uo
mitus prouocabitur.

De spinachia.

Spinachia frigida sunt et humida in
fine primi gradus. uentrem humec
tant. et ualent gule dolenti de san
guine et colera rubea. et sunt meliora
stomacho quam atriplices.

De bleta.

Bletus frigidus est et humidus in .ij.
gradu. laudabilem chimum
generat. uentrem humefacit et
conuenit natura calidis. Sitim ex
tinguit. tussim calidam humectat.

De malua.

Malua frigida est in .i.
gradu humida in .ij. Bismalua inque
ntum frigida et calida est mediocris quo
ritatur actio eius que dissoluit f
flegmones. et digerit saniem
apostematis. Cuius radix et sem
ben agit. Apozima eius ualet san
guinis fluxum. Quidam enim habet
ponticitatis. Que si cum uino po
tui detur dissoluit grossos humo
res. renum etiam lapides frangit.
Cataplasmata cum anserino adipe in
uulue apostemata dissoluit. et maturat. uel
ad saniem illud prouocat.

De sicla.

Sicla quam uulgus bletum
appellat calida est et sicca in primo gradu.
Inlaudabile stomacho prestat nutrimen
tum propter quandam sui acuminis. et
fine multitudinem humiditatis.
Que tamen si in aqua coquatur et con
diatur cum aceto. opsomogaro. ca
reno. et oleo onfacino. aut amigdaleo
fit digestioni facilius. parum tamen
nutrit. uentrem humefacit. epa
tis opilationem aperit. maxime si
sit de grossis uiscosisque humoribus.
Que cocta in aqua comesta fit
stiptica. unde ypocras. Apozima ble
te lotiuum est. corpus uero eius
constipatiuum est.

De caulibus.

Caulis frigidus est et siccus in .i. gradu. tribus diu

sanguinē gn̄āt et melācoliā.
horribilem dat odorem. Q̄ duplˣ
est. Est enī quidam blete similis
est et qui uocitur caribia. Simi
lr̄ carambre eiusdē actionis ē
cuius ceti caules. Veri quidem cau
les duob; modis sūt. hyemalē
silic; ⁊ estiui. Estiui quidem uti
orem generant sanguinē. colē
nigre inde uanū. Q ō mōstrē
eoꝝ acumen. ꝑinde sūt colatum
et mūdificatum. vernales uero
nō tanti sūt acutiuus. sed uis
eoꝝ uentrem humectat ⁊ uriā
ꝓuocat. eoꝝq; corpus ē ⁊ siccum.
vn̄ est constipatiuum. q̄ꝝ ius
bibitum uentrē soluit. ⁊ sine iu
re comesti uentrem cōstipant.
Jdōq; ut ab eoꝝ nocumēto tempe
rentur ī aqua elixantur. et aqua
ꝑma ꝓiecta in alia coquantur
cum pinguissima carne precidāˢ
sui sius. ⁊ condiant̄ cū coriādro
pipe. cimino. ⁊ allia. Similr̄ ca
rambre eiusdē actionis ē cuiuˢ
ceteri caules. plus tn̄ duri et in
digestiui. ℭxx rapis.

Rapa calā est in. ij. gr̄. humida in. i.
multo plus ceteris herbis nutritiua
rē tn̄ digentur. mollem et in
flatam facit carnem. ꝓpt̄ sui uē
tositatē ⁊ inflationem. ꝑinde
coitum suscitat et spma augm̄
tat. Que si in aqua coquatur. et
illa electa in alia aqua recoq̄tā
duricia sue subē temptatur. ⁊ me
diocrit̄ int̄ bonum ⁊ maluz nu
triet. Que nō bene cocta diffici
le digeritur. uentositatem ge
nerabit. et in uenis ⁊ poris opi
lationem facit. Jdcirco utilis ē
si bn̄ cocta et utraq; aqua ꝓiec
ta recoquatur cum carne pīguī
sima. ꝑterea s̄m medicinā con
grua est. quia in eius iure podā
gricoꝝ et arteticoꝝ pedes si loti
fuīnt dolori mitigatē ꝑābit.
ℭ Radice.

Radix calā ē in. iij.
gra. sicca in. ij. minus q̄ rapa
nutrit. ꝓpt̄ suum acum̄ qd̄ ē for
tius acumine rape. nutrimētū
eius crossum est ⁊ durum digōi
stomaco. s. nocatiuū. est incōueni
ens celis. dentib; gule. et omibˢ
uuluc dolorib;. secūm medicinā
uō conuenit. Est enī lauatiua r
renum ⁊ uesice de crossis humo
rib;. vrinam ꝓuocat. lapides fra
git. Et si cocta comedatur de hu
moribus humidis facte tussi subue
nit. Secūm cibum manducata tō
tionem ⁊ inflationem genēāt.
stō fit illaudabilis qd̄ testat̄ ruc
tus eius putridus. qui fit maxi
me ante cibum. Jlla enī ieiunī
esui data colubet cibum ne desē
dat ad coctionis locum. vn̄ fit eā
indurande digōnis. ⁊ naturalē
uirtute inhibet cibum in supe
riori parte expellere. q̄re fit uo
mitus maxime eis qui natālit̄
hn̄t in stō uentositatem. Que
enī post cibum accepta maio
rem gn̄āt uentositatem superiˢ
ascendentē. ⁊ cū sua grauitate
descendit inferius. deponitq; ci
bum in coctionis locū. ⁊ ut opō
tet digeritur. vn̄ fit eā confortā
di secūm digōnem. hec est grā
sue actionis. quā nō habentib;
uentositatem impedit p̄t cibū
accepta. ꝑinde uolentes eam ꝑ
uomitu accipe an̄ cibū sumant.
Sed ꝑ suplemento sedē tertie uc
digestionis post cibum mādu
cetur. ℭxx spiragio.

Sparagus calidus et humidus est in .i.
gradu. Qui domesticus est et silvestris.
Domesticus est temperatior et ceteris
herbis nutribilior. proinde sperma
augmentat. stomacho convenit. et urinam
provocat. Silvestris vero calidior et
siccior est. Ideoque plus est colativus.
opilationem epatis aperit et renum.
urinam provocat atque vesicis valet.
Cuius radix et semen nimium valet.
quia apozima eorum bibitum morsibus
occurrit aranearum. Elixus esui
datus ventrem humefacit. va
letque contra dolorem dorsi. humi
da ventositate ortum. colicoque
dolori mitigationem prestat. In
bucca quoque eorum de apozimate lo
ta dolorem dentium amputat.
Quidam tamen noviter dicunt sparagum
coitus esse augmentativum. quod G.
et Dya. negant. Ego vero dico quia
si coitum augmentaret non esset ni
si ex copia nutrimenti. nimium enim
calorem non habet nec ventositatem
unde suscitet venerem. De
Baucia calida est in medio baucia.
sicca. gradu. humida in medio primi. que
duobus modis est. Est enim domesti
ca et silvestris. Dura grossique nu
trimenti est. et minus quam rapa
nutrit. habet et quiddam acuminis
unde est extenuans et diaforesim
faciens. ideoque urinam provocat et
menstrua. habet etiam aliquantulum
inflationis. unde coitus fit incitati
va. Que assuefacta illaudabilem
generat sanguinem. Igitur ut tem
peretur bene oportet eam elixari.
et aqua sua eiecta iterum coquatur
cum lactuca. coriandro. cepa. et
condiatur cum oxiacio oleo. aceto.
piper. et carvi. De calcasia.
Calcasia est radix nascens plurimum
in partibus egypti. aliquantulum
cum acumine habens ponticita
tis. unde monstratur calida esse et sicca.
Que si elixetur acumen amittit
penitus. et viscositas quam prius
latenter habuerat in ea manife
statur. Ideo grossi durique est nutrimen
ti. sed cum sui ponticitate stomachum
confortat. et ventrem constipat.
Et tamen si moderate comedatur bo
num generat nutrimentum. valetque
dissintericis cum viscositate et
ponticitate quam habet. De melon
Melongia calida est et sicca in fi gia.
ne secundi gradus. quod eius acumen et ama
ritudo testatur morsusque quo lin
gua inficitur. Ideirco est cito con
vertibilis in coleram nigram u
stam. hec est eius proprietas unde cu
tem corporis corrumpit. lentigi
nes. et impetigines. cancrum. ele
fanciam. durumque ad dissoluen
dum apostema generat. opilationes atque
similia facit. Que ut minoris fi
at nocumenti temperetur. et scindatur
et sale impleatur. deinde diu in
aqua calida dimittatur. postea in aliam
remittatur. et bis aut ter lavetur.
ut aqua qua lavatur omni care
at nigredine. Deinde elixetur et
aqua eiecta cum pingui carne
boum. seu pecudum. porcorum. et simi
lium recoquatur. Quam autem absque car
ne comedere volentes coquant
cum aceto et oleo. De fungis.
Fungi frigidi sunt et humidi in tertio
gradu. Quorum mollicies suique humiditatem
testificantur. Qui duplices sunt mor
tiferi videlicet et non mortiferi. non
mortiferi grossam habent humi
ditatem viscosam. actioni nature
et digestioni inobedientem. unde fecit
illaudabiles ut potest tumorosi.

Ideoq; bonum e ut oio caueant.
Quos comedere uolentes. corq;
piti nocumentum no respuen
tes eos elixent. atq; cum eis cala
mentum et pira misceant. et po
unt expressi in alta aqua recoq;
tur. et cum pipe et zinzibere. caru.
calamento. origano et similibz
condiantur. et esui tribuantur. et
in fine merum et uetus uinum
potent. Frigidi uo natura accipiat
in fine eorum. zz. conditum et dia
ciminum. diaton pipeon. scdge
nem et tiriacum magnam. Mor
tiferi uo diuise sunt actionis sm
diuersitatem eorum. Sunt eni quedam
mortem inferentes cum frigidi
tate et humiditate ueluti cum
sunt in. iiij. g. Sunt et occidentes
cum nimia uiscositate et opila
tione quam in uenis et poris fa
ciunt. et ppt humores eorum ad
dissoluendum duros et inobedi
entes. Sunt et quidam cum ma
la occidentes qualitate quam ha
bent de loco ubi nascuntur. sicut
illi qui sunt iuxta eruginosum
ferrum. aut pannos putridos. a
ut foramen reptilium. ul arbo
res crossas et uiscosos humores
habentes. Mortiferorum signa hec
sunt. mollicies. s. et uiscositas. hu
miditas et crossitudo. Quod si per
medium diuidantur et aliquantulum
in aere dimittantur. putridi procul
dubio inuenientur. Ignorantes
eos comedentes ita curentur. pi
ra eis esui dentur. et nitrum cum
oleo potui detur aut cinis. ul sal
cum aceto. et stercus galli seu gal
line cum aceto et melle. Apozima
calamenti. origani. ysopi. et silium
iuuat. Refert aut. G. quod si pessa

rium ex eis sem fuit et uulue posi
tum fluxum sanguinis stringit.

De capparis.

Capparis sunt tripli
ci modo. Est radix. fructus. et fron
des omnes sunt cali et sicci in. ij. g.
quod testatur eorum amaritudo. pontti
citas. et acumen. Ideo dissoluunt
incidunt. et mundificant stomaca
superfluis humoribus. opilationes epa
tis. duriciamq; splenis aperiunt.
et urinam et menstrua prouocant.
Qui utiliores sunt sm medicinam
q sm cibum. quia illaudabilis
nutrimenti sunt ut pote colerici
nigriq; sanguinis generatiui.
neruos et stomacum prouocant assue
facti. unde elixos oportet eos man
ducari. aqua eorum ablata et condi
tos cum oleo et aceto. Qui si cum car
ne ul alia re comedi ab aliquo
optantur. Absq; coriandro non
comedantur. quia coriandri natura
prohibet temptem nocumento cappa
rorum.

De cepis. porris et alleis.

Horum trium uirtus acumen habz
quia de subta acuta mixta cum
crossa et terrestri. humida et aquo
sa subtili et aerea compositam. q
ita possunt intelligi. Si eni unum
horum coletur et pistetur et aliquan
tulum in uase dimittatur in
fundo calicis. fex terrestris acumi
nis inuenitur. et sucus liquorem
habens cum paruo colore aereo
que inter se differunt. quia cepa
cal. e in. iiij. g. humida in. iij. alia
cal. sunt et sic. in. iiij. g. porrum cal. e
in. iij. sicc in. ij. proinde cepe penitus
comesta cum sui acumine et hu
miditate malos generant humores
in stomacho. gignunt inflationem. uento
sitatem. capitis dolorem. atq; in
saniam faciunt. fumo eius caputa

scendente et cerebrum percuciente.
unde assuefacientes illos cadunt in
maniam. et tibilla sompnia at
que melica cernunt. presertim si ex
egritudine exeuntes illas man
ducaverint. Si autem propter medici
nam moderate secundum quod oportet man
ducentur calorem inducunt et
extenuant et incidunt humores grossos
et viscosos. ora venarum aperiunt.
et urinam provocant et menstrua. ori
ventiam mitigant. appetitum au
gmentant. superficiem rarificant. pro
vocant sudorem et egestionem provocant.
venerem irritant cum suo calore
et spina crescere facit cum sua hu
miditate. malum tamen facit nutri
mentum. Cruda vero comesta ni
chil nutrimenti corpori tribuunt.
Si elixentur et aqua proiecta in alia
recoquantur dant nutrimentum bo
num et plurimum. maxime si cum
pinguissima carne comedantur
et cum bono condimento condi
antur et odorifero. Allia autem parum
dant nutrimentum. sunt enim nociva co
lericis et calorem naturaliter haben
tibus. Que si fuerint comesta a
frigidis et humidis naturaliter
urinam provocant et ventrem humec
tant. E contrario siccis natura fa
ciunt. Sed ut eorum calor sibi nichil
inferat nocumenti. elixentur primo
inde condiantur cum aceto et ob
somegaro. Sunt etiam pro medici
na. quia morsibus canis rabiosi
remedium prestant. Quod si post co
mestionem eorum vinum forte bibi
tum fuerit valebunt contra morsus
serpentum. prosunt etiam eis que
veneno sunt infecti. et frigidas passi
ones habentibus ceu tiriaca
magna.

De Coriandro.

Coriandrum vero diverse virtutis est.
Varietas sui saporis hoc testatur.
habet enim amaritudinem et pon
ticitatem. Ypocras illud di
xit calorem habere propter suam amari
tudinem. et propter suam ponticitatem stip
ticum esse autem. Unde dixit coria
ndrum viride calidum est et constipans
ventrem. et mitigans oxiremiam.
quod post cibum datum prestat sop
num. Sed Dya. intendit illud esse
frigidum. dixit etiam id scrofulas
dissolvere. quod G. negavit. Impos
sibile inquit est scrofulas refri
gerare aut refrigeratas dissol
vi. quia scrofule sunt duri gros
sique tumores. Dixit iterum. Inten
tionem Dyascoridis intelligere non va
leo dicentis coriandrum esse fri
gidum. cum sapor eius amarus. ama
ritudo vero significat calorem ex
tenuantem. Sed secundum cibum du
rum digestioni que inobediens est. Quod
si misceatur cum aceto vel mali
granati succo temperiem sumit.
unde calorem extinguit stomachi. Sed coriandri
medicina fit congruum. quia succus
eius cum cerusa mixtus et aceto. li
targiro et oleo ro. fit contra calida a
postemata. calidasque pustulas.
Quod si misceatur cum mica panis
et farina lentis contra erisipilam va
let de grossis humoribus creatam.
unde Dyasc. quod G. affirmavit. Opor
tet inquit huius cataplasmatis confec
tio in statu apostematis non in princi
pio poni. quoniam in initio res est in
frigidans et dolorem mitigans.
non dissolvens et vulnera aperiens.

De ruta.

Ruta duplex est do
mestica et silvestris. Silvestris
calida est et sicca in iiii. gradu. dome
stica in iii. unde domestica melior

est ad digerendum. quia uirtutem
incidendi habet. et grossos uisco
sosque humores extenuandi. Ven
tositatem et inflationem dissol
uit. Ventrem humectat. primo iu
uat inferiora intestina. Quem si
coquatur cuiusque apozima potui
detur tollit tortionem uentrisque
dolorem de uiscositate humorum
et uentositate orta. Rursus si co
quatur in oleo et clisteri ex ea
fiat fiunt grossa dissoluit uen
tositatem grossis et globosis in
testinis suspensam. In uino cox
ta potuique data fit contra yposarcam.
Ciminum calidum est De cimino.
in .iij. gradu. siccum in .ij. uentositatem
dissoluit. dolorem placat et uen
tris tortionem. Coctum cum ci
barijs uentositatem generantibus
temperat eam. Simili modo hoc
faciunt nigelle. habent etiam nigel
le aliam proprietatem. occidunt enim
lumbricos si bibantur. De a
Arnetus calidus est in fine neto.
.ij. gradus. siccus in medio. uentositatem
inflationem dissoluit et tumo
rem. Cuius rami in oleo cocti fiunt
diuretice uirtutis. inflationem
dissoluunt. laboriosos mitigant.
sompnum prouocant. humida apita
ad saniem ducit. Semen eius bi
bitum urinam prouocat. lac augmen
tat. uentrem de humorum putre
dine mundificat. dolorem tumo
rem laboremque dissoluit. habet
etiam proprietatem extinguendi
singultum de plenitudine. Quod
si uratur fit calidum et sic. in .iij. gradu.
et ualet contra uulnera putrefacta.
et diuturna in uerecto nata.
Caruos cal. est et sic. in De carui.
.iij. gradu. habet aliquantulum acuminis.

unde fit congruus stomachum humidum
habentibus. uentositatem expellit.
digestiuam uirtutem confortat. infla
tionem dissoluit. urinam prouocat.
lumbricos et cucurbitinos expel
Piper calidum est De pipere. lit.
et siccum in .iiij. gradu. ualet frigidos et
humorosos stomacos habentibus. adiu
uat enim uirtutem digestiuam. est
et secundum medicinam. quia si misceatur
in electuario optimum fit contra
diuturnam tussim que de gros
sis humoribus est. Stomachum et pectus
et pulmonem de uiscoso flegma
te mundificat. uentositatem et
uentris inflationem aufert. et uri
nam prouocat. De zinziber.
Zinziber calidum est et siccum in .iij. gradu.
habet humiditatem licet sensui non
appareat quod sic testificatur quia
putredini est apparatum. utile est
frigidos habentibus stomacos. uentrem sol
uit. humiditatem desiccat. digesti
uam adiuuat uirtutem. et humec
tat uentrem. De cinnamo.
Cinnamomum cal. est in .iij. gradu. sed tamen
quia aromaticum est stomachum con
fortat. epatis constipationem aperit
urinam prouocat et menstrua.
Crocus cal. est et siccus in De croco.
primo gradu. stomachum confortat. epatis consti
pationem aperit. anhelosos iuuat.
et membra debilia confortat.
Mastix cal. est et siccus De mastice.
in .ij. gradu. stomachum confortat. urinam
prouocat. et digestionem adiuuat.
Sinapis calidum est et De sinapi.
siccum in medio .iiij. gradu. humiditatem
capitis et stomachi desiccat. que si est
bullitis esui detur stomachum de grossis
humoribus mundificat. ualet eius se
annectentibus. De aceto.
Acetum moderate infrigidat.

fortiterque desiccat. causa defectionis
sue frigiditatis est. quia de duabus
componitur materiis frigiditate
uidelicet essentiali que propter suam
accetositatem est. et accidentali hu
miditate acquisita de ebullitione
et putredine. Omne enim acetum
est in initio dulce. sed cum coquitur
calore solis et aeris ebulliens non
habuit uim qua custodiatur li
quor eius putrefit. et in acetositatem
conuertitur. Ideoque acetum infrigi
dat in .i. gradu et desiccat in .ii. Vnde
propter sue frigiditatis debilitatem
corpus perforat uelociter usque ad
remota loca. et ibi facit quod uinum
fecerat. Causa subtilitatis est ca
lor quem acquisierat ab ebullitione.
Ceteri uero liquores non habent ullam
simili modo subtilitatem. sicut uue
agrestis liquor. et mali granati.
pomique citrini et silium. Horum ac
tio plus in uicinis quam in remotis
operatur locis. Vnde .G. uolentes stomachi
refrigerare calorem ac membra
sibi uicina. malorum granatorum
sucum. aut uue amare. aut ci
trini pomi accipiant. Vtile enim
est sibi qui in stomacho morantur propter
simplicitatem frigiditatis eorum. Vo
lenti quidem refrigerare membra
a stomacho remota conueniens est ace
tum. habet enim uim penetrantem
usque ad remota loca. Ideo est dis
solutiuum et extenuatiuum. quod ca
lefactum potui datum orthomiam
habentibus subuenit. et sanguinem
et lac in stomacho coagulatum dissol
uit. sicut et esse uenenosa et mortem
inferentia. sicut est opium. iusquia
mum. euforbium et silia. Diu
turne tussientibus ex flate accidi
rit. nocet tamen noue tussi maxime
siccat exigitiuis. Quod si coquatur cum
cibis. uel cum aliqua re mandu
cetur stomachi confortatiuum est. ap
petitiuam adiuuat uirtutem et
augmentat. maliisque humoribus
ad stomachum fluentibus repugnat.

O Bsomogarum. ¶ De obsomogaro.
calidum in .i. gradu. siccum in .ii. est uirtutem
habet lauantem. mundantem. et colantem.
pectus enim purificat. pulmonem
atque stomachum de crossis et putridis hu
moribus. Saporem cibis prestat.
uentrem humectat. In femore
dolorem uel sciaticam habentibus.
tribuit mitigationem. siue mani
ducetur siue clisterigetur. Vulne
ra sordida de eo lota mundificen
tur, neque per sanas partes dilatantur.
Garus quod de piscibus minoribus est ca
lorus quam obsomogarus. pisces enim
frigidi sunt et humidi. ¶ De sale.

S Al calefaciat moderate. multum
que desiccat. quia compositum est
ex duabus qualitatibus. vna est cola
tiua et incisiua. altera uero est co
adunatiua et constrictiua. que
utraque sunt desiccantes. Ideoque sal
desiccat in .iii. gradu. calefaciat in .ii.
Quod tamen duobus modis est. metallinum
uidelicet et marinum. Marinum
autem fit in lacubus quos salinas uul
gus uocat. uel fit de aqua maris
cocta estiuo sole. Metallinum lau
dabilius est maxime quod careat la
pidibus et fuerit clarum. obtusum
et equale. Marinum uero bonum est
si fit candidum non tamen equale me
tallino. Dya. Sal inquit metal
linum fortius est marino. quod .G.
negauit. Dixit enim illorum actionem
esse equalem. vtrumque etiam sal in
hac actione est equale. In initio
dissoluunt et mundificant super-

fluitatem crossorum putridorum que humorum. deinde quod ex eis remanet desiccatur et consumitur. quibus finitis naturales corporis coadiuvant humiditatem. et constrictivam conservant. et poros cutis claudunt. ut illa humiditas putredinem non appareat. Secundum vero medicinam conferunt. dant enim condimentum cibis. saporitatem atque acceptabilitatem digestivam virtutem adiuvantem.

De naturis animalium.

In prima particula licet competenter de animalium naturis diximus et complexionibus. iuvamine et nocumento universaliter scripsimus. tamen oportet in hac particula specialiter de singulis aperte tractari. ut huius particule intentio cordibus legentium tenatius infigatur. fit quod necesse nobis quidam superioris particule repetere. i. de omnibus que sub elementis constant disputare. Que videlicet aut sunt nascentia aut animalia. utraque. s. humane nature repugnantia. ut pote mortifera velut de animalibus sunt serpentes. de nascentibus autem lolium. aut sunt humane nature competentia et nutrientia. sicut de animalibus caro pecudum et suum. et de nascentibus grana. vel sunt humane nature incongrua nullam tamen lesionem inferentia. sicut de animalibus est ennicius et lepus. de nascentibus autem orobum et lupinus. Que autem sunt humane nature inutilia neque nocentia. aut sunt non bene nutribilia sicut hec que diximus. aut nullum nutrimentum ministrantia. veluti colloquintida. scamonea. eleborus. anacardus et silia. At quoniam nostra est intentio de nutribilibus scribere.

non oportet ut de aliis dicatur. Dicimus ergo quod omne animal generaliter bifariam dividatur. aut enim silvestre est aut domesticum. Silvestria vero animalia sunt calidiora et sicciora. et digestibiliora. set illaudabile nutrimentum generantia propter multitudinem motus et laboris eorum. et propter calorem et siccitatem sui aeris in habitatu. quod fit propter caloris solis habundantiam. et propter indigentiam umbre eis operientis a sole. Unde silvestria animalia minus sunt boni nutrimenti in quantitate et qualitate. non sola silvestria caprina. quia superfluitate caloris motus et laboris quibus assuescunt. eorum naturalis temperatur frigiditas. Ideoque nimio eorum exercitio saporis suavitas carnium ac odoris gravitas amputatur. adiutorium etiam digestive virtuti datur. ut facilime oportuneque caro digeratur. Cetera vero animalia domestica ad silvestrium comparationem calorem et siccitatem habent temperatiorem propter sue quietis et aeris temperiem. Proinde sunt nutribiliora et laudabiliora. crossiora tamen et duriora sunt ad digerendum. Rursus omnia silvestria vel domestica animalia tripliciter dividuntur. Aut enim sunt masculina. aut feminina. aut castrata. Masculina autem omnia sunt calidiora femininis. et minoris sunt humiditatis. sunt etiam laudabiliora et digestioni faciliora. Feminina vero que minorem habent calorem et maiorem humiditatem. ideo ad digerendum tardiora. Castrata vero quamvis propter humiditatem femininis sunt vicina. in calore tamen distorum

cia. quia calor eorum inter utrumque
secum est mediocris. Castrata uero
animalia maiorem quam feminina
habent calorem. masculinis quoque
minorem. Ideo digestibiliora fe
mininis sunt. Rursus in unoquoque
eorum femininorum uidelicet ac mas
culinorum animalium. aut est lactens.
aut decrepitum. aut adolescens.
aut in iuuentute perfectum. Lactens
uero naturaliter calidius est et humi
dius omnibus animalibus. atque tenerio
rem habet carnem. propter sanguinem
sue complexioni dominantem. Propter
hoc igitur sunt animalium quedam
in suo genere humida sicut porci
et pecudes que necessario de duabus par
tibus habent humiditatem ex etate
scilicet et complexione. Quare quod ab eis ge
neratur est uiscosum. digestionique
difficile. facile tamen de stomaco descen
dit. sed difficillime a membris dis
soluitur. uiscosum generat flegma
maxime si non sit de masculinis ani
Ebulus herba est complexionaliter calida et sicca. Eiusdem uirtutis est cuius uirtutis est sambucus. Magis est laxatiuus quam sambucus. Radix est medicinalis ut succus eius detur: purgat attrahendo flegma et uiscosos humores. Soluit autem superius et inferius. Purgat angustiose. Unde non debet dari nisi materia bene digesta et corpore fluxui preparato. Sicut et in omnibus uomicis medicinis. Valet febri cotidiane diuturne ex colera rubea citrina uitellina. Epatis opilationem, yctericie, colice et yliacis medetur. Aquam leucoflegmaticorum educit. Usus eius est qui et de sambuco, scilicet ut detur succus per se uel in eius decoctione distemperetur aliqua medicina. Uel addatur syrupus et oximel laxatiuus. Uel coquatur cum melle ad consumptionem succi. Stupha de eius foliis facta ydropicis ex frigidis humoribus factis subuenit in area prius calefacta uel in furno uel in tina, ut sedeat eger in tina et super folia ebuli ponantur lateres calefacti prius uino aspersi ut fumum recipiat et sudet. Et hec de medicinis purgantibus attrahendo sufficiant. Restat de purgantibus tractare dissoluendo siue liquefaciendo. Sunt autem huiusmodi euforbium, tartarum, calx uiua, nitrum. Omnia hec flegma purgant.

De euforbio.

Euforbium itaque gummi est cuiusdam arboris que ut dicit diascorides similis est ferule. Est autem calidum et siccum in quarto gradu et est multum laxatiuum. Eligendum est euforbium citrini coloris et recens. Principaliter purgat flegma et uiscosos humores a stomacho et ab intestinis, secundo dissoluendo et de iuncturis membrorum attrahendo. Unde ualet febri cotidiane et ydropicis ex frigidis humoribus, patientibus artetica et sciaticis et paraliticis, quoniam sua caliditate in uo

rum humiditatem superfluam consumit et nervos confortat. habet autem naturam ulcerandi stomachum et purgandi et mordicationem inferendi in loco quem attingit. et sua copia inferendi et intestinorum excoriationem solet inferre. unde non est dandus colicis neque habentibus tenuia intestina. et si eis datur non datur per se. sed ad temperandum eius acumen adduntur bdellium et mastix et gummi arabicum. Usus eius est in medicinis confectis ex eo a ʒ. i. et semis vel minus accipienda est medicina. Noceret vero si in maiori quantitate poneretur.

De tartaro.

Tartarum est quoddam quod dolio adheret remoto vino. quod vulgo vinipetra vocatur. eligendum est quod de vino albo nascitur. est autem calidum et sicce virtutis. inferius receptum flegma purgat et viscosos humores. Quia vero habet naturam ulcerandi et corrosivam raro eo utimur ut inferius recipiatur. habemus autem multas medicinas que competentius flegma et viscosos humores purgant. Exterius autem eo utimur quia habet virtutem et naturam corrodendi carnem mortuam et superfluam in vulneribus. valet etiam ad corrodendas et corrumpendas pustulas in facie leprosorum. unde unguentum de tartaro fit ad idem.

De calce viva.

Calx viva grece abeston dicitur id est extinctum. est autem calx viva antequam liquor aliquis post combustionem ipsam attigerit. Calx viva dicitur quia postquam decocta est nulla humiditate attigitur. est autem calida et sicca in iiii. gradu. purgat autem flegma et humores aquosos. multum est laxativa. valet ad purgandum aquam ydropici. unde quidam ydropicus cum intraret domum cuiusdam medici invenit calcem vivam distemperatam ad liniendos lectos propter cimices. et credens quod esset medicina totam hausit. et preter modum laxatus exstitit ab ydropisi solutus. Quoniam autem naturam habet ulcerandi et corrodendi intestina non debet dari sicut et alie medicine solent dari. nisi carnosis et habentibus pinguia intestina. Exterius vero ad corrodendum et rumpendum preponitur. fit etiam inde psilotrum id est depillatorium quod depilat ad depilationem.

De nitro.

Nitrum genus est salis. Est autem calide et sicce complexionis in quarto gradu. purgat flegma et viscosos humores dissolvendo et attrahendo. unde valet ydropicis patientibus ex frigiditate. paraliticis et sciaticis. et arteticis. quia de iuncturis attrahit humores et debilitatem nervis existentem consumit. Usus eius est in confectionibus velut de eius sub. a. ʒ. i. accipiatur medicina. Eligendum est autem nitrum album luminosum et clarum. De medicinis laxativis simplicibus que dicta sunt sufficiant. Deinceps tractandum est de compositis maxime de usualibus quarum etiam usum et effectum frequentius probamus.

De ratione inventionis compositarum medicinarum.

In primis igitur ratio compositarum medicinarum assignanda est. prima quidem causa est quia necesse erat conficere unam medicinam que plures humores simul educeret. et esset plures morbos oppositam. alia causa ut una et eadem medicina

sicut plures humores habun-
dant in corpore ita diuersos pos-
sit simul expellere. Inde est quod
in una eademque medicina po-
nitur scamonea que purgat co-
leram. eadem etiam recipit elebo-
rum nigrum, quod purgat melancoliam.
In eadem etiam ponitur agari-
cus vel colloquintida que purgat flegma.
Tertia vero fuit compositionis ut
uirtus stiptica. s. mastici. farma-
cie cum non possit peruenire ad pro-
fundum deducatur per uirtutem
alicuius aromatici. i. calide medicine.
Unde in eadem medicina ponitur stipti-
ca quoniam est calida. ut dicit Gal. que
uirtute stiptici farmacie dedu-
cunt ad profundum et membra
confortent. Item ut membra per
medicinam debilitata et rarefacta
ex quibusdam in eadem positis con-
fortarentur. et malicia medicine
reprimeretur. Unde in medicinis que recipi-
unt scamoneam quoniam naturam habet
dissoluendi epar apponimus gum-
mi arabicum. masticem. aut bdellium que
membra confortent. et medicine
acumen temperent. ne nocumen-
tum membris inferre possit. Com-
positarum itaque medicinarum alie
purgant coleram. alie flegma. alie et
melancoliam. Sanguis itaque respira-
culum habet per flobotomiam tantum. non
purgatur enim per medicinam nisi
acumine medicine postremo cor-
catur. ut medicina faciat dissolutio-
nem. purgatur enim per flobotomiam san-
guis principaliter. Raro reliqui tres
humores per flobotomiam educentur.
Notandum quoque quod illi tres hu-
mores non solum extra uasa sunt
sed etiam intra uasa contenti pos-
sunt purgari per medicinam laxatiuam. unde

Gal. Quandoque sunt in epate. aut uenas
aut arterias per urinas purgatio
est aut per uentrem. Unde habemus quod
humores in capillaribus uenis ha-
bundantes purgantur per urinam.
Que vero in meseraicis per uentrem.
De medicinis uero compositis tra-
ctabimus ostendendo que medi-
cine quos humores purgant prin-
cipaliter. que ex receptione sua la-
xatiue multum sunt. que parum. que
purgant calefaciendo. que infri-
gidando. et contra quas plures sunt
egritudines. modum confecti-
onis non obmittentes. Que medi-
cine quos humores purgant ne me-
dicus cum debeat purgare flegma
det medicinam que purget coleram
uel econtra. uel pro colera purget melan-
coliam et econtra. et ita eger in deteriorem du-
catur consistentiam. Que medi-
cina sit multum laxatiua que pa-
rum. ne multum acutis nimis
acuet et ita potionatum ad ultimam
inanitionem deducat. uel parum
laxatiuas modice acuat. et inde
in infamiam et uituperium incur-
rat. Que purgant calefaciendo.
que infrigidando. ne quos debemus
calefacere infrigidemus. et quos
infrigidare calefaciamus. ut scia-
mus quas medicinas quibus de-
beamus apponere egritudinibus.
Incipiendum est a medicinis coleram
purgantibus. et deinde dicendum est
de purgantibus flegma et melancoliam.

De medicinis purgantibus coleram.

Medicinarum itaque et primo de trifera.
compositarum purgantium coleram.
alie purgant calefaciendo. alie
infrigidando. Infrigidando pur-
gat trifera sarracenica. diaprunis.
psilliticum. diacerasos. et similia.

dinfera sar. i. delicata mediana. uel delicatiuum interpretatur nigrum. purgat infrigidando principaliter coleram rubeam. secundo nigram. ⁊ ex receptione sua parum est laxatiua. datur contra tercianam et quartanam notham. ⁊ habentibus urinam intensam eis qui circa caput ex fumo nigro patiuntur subuenit. visum ex colera rubea turbatum clarificat. maniacis. melancolicis. uertiginosis. ⁊ cardiacis ex colera nigra medetur. calorem epatis ⁊ opilationem eius soluit. ycteriam ex utraque colera purgat extremitatum calefactionem pacientibus ut circa uolas manuum ⁊ pedum nisi stomachi superfluitas impediat. Conficitur sic. Cassiafistula ⁊ tamarindi dissoluuntur in aqua tepida. deinde colentur per setaceum ut remoueantur nuclei. deinde colatura tota ponatur in panno lineo ⁊ tunc exprimatur et reseruata substantia cassiafistule. pars liquidior que distillauerit in uase recipiatur ex aqua illa ⁊ aqua decoctionis uiolarum addito zuccaro fiat syrupus. Circa finem decoctionis addatur substantia cassiefistule ⁊ tamarindorum. ultimo uero cum consumpta fuerit aquositas manna addatur. deinde ab igne deponatur semper agitando cum spatula quousque tepidus fiat. tunc autem pulueres admisceantur.

De oxi.

Oxi. principaliter purgat coleram rubeam. secundo nigram. ⁊ adustos humores. ⁊ ex receptione sua satis est laxatiuum. purgat autem infrigidando. Valet etiam ad tercianam ⁊ cotidianam et flegma salsum. distemperantiam epatis. ⁊ oppilationem ⁊ ycteriam curat. defectus appetitus ex colera ⁊ caliditate stomachi ⁊ omnibus colericis egritudinibus que purgationem indigent subuenit. Conficitur sic. Tamarindi ⁊ cassiafistula preparentur sicut dinfera sar. soluantur in aqua rosacea ⁊ in aqua decoctionis uiolarum in qua soluantur prima ex aquis istis ⁊ succo malorum granatorum fiat syrupus. Circa decoctionem addatur substantia cassiefistule ⁊ tamarindorum. ⁊ cum consumpta fuerit aquositas ab igne deponatur. cum fuerit tepe. adde scamonee. deinde pulueres. Si uis facere minus laxatiuum dum multum fuerit calidum uel super ignem addatur scamonea prius cum mastice ⁊ oleo distemperata. ultimo pulueres. detur more electuarii uel distemperatum.

De psillitico.

Psilliticum coleram rubeam purgat principaliter infrigidando. et ex receptione sua parum laxatiuum. ualet contra easdem egritudines contra quas oxi. datur ⁊ acute febrientibus contra uentris constrictionem. Conficitur autem hoc modo. psillium in aqua tepida temperetur donec tota coaguletur. deinde addita in aqua zuccaro prius in aqua modica soluta fiat syrupus. ⁊ cum diu decoquatur donec psillium a uase possit eleuari. Sic coctum in mortario teratur diu. ⁊ dum teritur pulueres paulatim misceantur. more electuarii detur uel distemperetur.

De diaprunis.

Diaprunis coleram ru. purgat infrigidando. et est parum ex receptione sua laxatiuum. valet etiam contra opilationem epatis. ⁊ ycteriam. acute febricitantibus subuenit. mollit uentrem. sitim

et anxietatem tollit. Alijs etiam
egritudinibus colicis ualet. ut de
fectui appetitus caloris epatis
et similibus. ubi expedit purga
tio. Conficiatur sic. pruna nigra
bene matura enucleantur. et proiectis
ossibus inter manus malaxentur. et
per cribrum colentur ut grossiores
partes remoueantur. deinde cassia
fistula et tamarindi predicto modo preparen
tur et liquidiori parte earum uncia
fiat syrupus. deinde super prunorum
aditur uncia fine decoctionis
super cassia fistula et tamarindorum
decocto syrupo et ab igne deposi
to pulueres receptionis admi
sceantur. De diacerascon.

Diacerascon colam rubeam purgat in
frigidando et satis laxatiuum est. ua
let ad easdem passiones contra quas
diaprunis. conficiatur sic. Succi
cotoniorum acetosorum cum melle
decoquatur ad spissitudinem et
ex melle illo puluis conficiatur.
dentur ʒ. iij. in mane.

De katartico imperiali.

Katarticum imperiale principaliter
colam rubeam purgat calefaciendo.
secundo colam nigram et satis laxati
uum est. ualet cotidianis. et calor
et urina multum intendatur. tertia
ne nothe et quartane ex colera ad
usta. caput purgat. os bene olens
reddit. debilitati uisus et obscu
ritati ex fumo nigro subueniunt.
pulueres cum melle dispuma
to conficiantur. Storcon.

De medianis purgantibus flegma
et meliam. et primo de antidoto diaca

Antidotum diacastorcon princi
paliter flegma purgat. secundo meli
coliam calefaciendo et ex recepti
one sua parum est laxatiuum.

ualet inueteratis passionibus. cepha
leam inueteratam purgat et cu
rat epilensiam et apoplexiam. uer
tiginosis. emigraneis. mania
cis et melicis subueniunt. paralisim
omnium membrorum maxime capi
tis emendat. Sciaticis et arteticis
medetur. eufrasim renum et epatis
et splenis soluit. usus eius est ut de
tur distemperatum uel more electu
arij uel in pillulis. et tunc magis ua
let passionibus capitis. Conficiatur
sic. In estate gummi teratur cum
reliquis speciebus. uel quod magis ua
let in uino temperetur per biduum
et colentur per saculum et bene ex
primantur et addito melle decoqua
tur ad spissitudinem. deinde ter
bentina additur et ab igne depo
sito pulueres conficiantur.

De blanca.

Blanca alia maior.
alia minor. alia media. maior
et media sunt usuales. maior prin
cipaliter purgat flegma calefacien
do. secundo meliam. et est ex receptione
sua parum laxatiua. ualet prin
cipaliter morbis capitis ex frigidis
humoribus. epilentie. apoplexie.
maniacis et melicis medetur. ue
terem cephaleam curat. paraliticis
et arteticis auxiliatur. grossos
humores purgat a stomaco et
intestinis. uentris uitia. et colicis sub
ueniunt. contra omnia que fantasti
cam cellulam rationalem et me
morialem trahunt opitulatur.
Datur distemperata uel more ele
tuarij. uel quod magis ualet in pillulis.
Conficiatur sic. gummi predicto modo de
cocti pulueres admisceantur.

De blanca media.

Blanca
media que ferida dicitur. calefacien
do purgat flegma maxime a capite

aliquantulum ex repletione sua est
laxativum. epilensie specialiter me
detur et aliis passionibus quibus
maior. Eius usus est et confectio
similis priori. De benedicta.

Benedicta purgat principaliter
flegma. secundo melancoliam. purgat a
calefaciendo est parum laxativa.
valet principaliter contra vesice viti
um et renum et lumborum. prodest
maxime sciaticis et freneticis et
arteticis. stranguiriam patientibus
colicis et yliacis. Usus eius est ut
distemperata vel more electuarii
vel in pillulis detur. Confectio cui
ut pulveres melli admisceantur.

Potio De potione sancti pauli.
sancti pauli principaliter purgat flegma.
secundo melancoliam. purgat autem calefaci
endo. etiam est parum laxativa. pe
culiaris est maxime epilenticis.
appopleticis. melancolicis. mani
acis. vertiginosis. et scotomaticis
inveterato dolore capitis. et contra
omnes morbos capitis ex frigore.
paraliticis. tremulosis. arteticis. et
sciaticis. colicis quoque et yliacis me
detur. capitibus mulierum maxime
opitulatur. mulieres ad concep
tum preparat. menstrua provocat.
matricem a superfluis humoribus
purgat. sive potus interius recep
ta more electuarii. sive per supposi
torium inmissum. Usus eius est in
pillulis vel more ellixir. vel distem
peratum conficitur ut diacastoreum.

Paulino antiqui De paulino.
usi sunt preparata. moderni vero
pro mediana laxativa. valet ma
xime capitis passionibus. calefa
ciendo purgat flegma principaliter
secundo melancoliam. et est parum laxativa.
valet maxime capitis passionibus.

appopleticis. epilenticis. mania
cis. melancolicis. colicis. yliacis. para
liticis. sciaticis. arteticis. podagri
cis. et scotomaticis medetur. digestionem
procurat. calorem naturalem dirigit.
cardiacis. epaticis. spleneticis me
detur et ydropicis. Usus eius est in pi
lullis. valet ad digestionem maxime
ei. maxime in pillulis cum oximelle. et
more emplaustri si fuerit appositum
dolores et tumores ex frigidis humo
ribus sedat. et purgat plagas omni
um locorum et maxime veneno[sa]rum
sanat dolorem dentium. et supra
lior placat interius receptum.
vel exterius positum. Conficitur
sic. Galbanum. armoniaci. sera
pinum. opoponac. in vino albo
prius temperata per biduum super
ignem dissolvantur et colentur. cola
ture addatur mellis. lib. i. et coqua
tur circa finem decoctionis. addens
terbentinam. deinde corumbrum.
storacem. et coque. deinde bdellium
et olibanum et mastic. Signum decoc
tionis est si infundatur gutta super
marmor non adheret marmori
sed incipit inspissari. deinde pro
ciatur super marmor et ibi pulve
res specierum admisceantur. deinde alo
es. ad ultimum et deinde sic manibus
malaxando prius punctis oleo
laurino vel balsamo. De yera

Yera fortissima Galieni fortissima
calefaciendo purgat Galieni.
flegma et melancoliam. et non est multum
laxativa. valet omnibus inveteratis
passionibus et maxime capitis. Da
tur epilenticis. appopleticis. cephal
largicis. stomaticis. maniacis. melancolicis.
paraliticis. et contra tinnitum aurium.
et in oculis pacientibus. et arteticis
subveniunt. Stomaticis. colicis. et

yliosis. ⁊ sciaticē medetur. peculia
ris pustule. elefantiosorum scabie⁊
cephea et impetiginem detergit.
quartanariis cancrosis. et contra
uenenum. pficit. mulierum uicia
corrigit. Usus eius ē ut detur mo
re electuarii. ul' distemperatū. nō de
tur in pillis quia suffocationem
inducit. conficit' ut diacastoreū.

Pigra galieni De pigra galieni.
calefaciendo purgat fl'a princi
palit'. sō meliam. et sin recepti
one parum ē laxatiua. valꝫ spe
cialiter contra morbū capiti. ut
epilenticis. apopleticis. scotoma
cis. maniacis. melie. ⁊ ueteri ce
phalee. debilitati uisus stomati
cis medetur. epis ⁊ splenis opi
lationem soluit. yeticis. colicis.
yliacis. ⁊ matricis uitio subuenit.
mestrua in suco artemisie p
pinata prouocat. Usus ei' est ut de
tur more electuarii. ul' distem
perata. ul' in pillis. ⁊ tē mag' ua
let passionibꝫ capitis. De theo dorilon

Theodoriton ypiston
indifferent' purgat fl'a ypistō.
et meliam calefaciendo. ⁊ ex re
ceptione sua parum ē laxatiuū.
valet ad omē uitium capitis
cerebri ⁊ oculorum. epilenticis. apo
pleticis. asmaticis. i. eis quib'
habundāt fl'a circa tracheam
arteriam medet'. uocem clari
ficat. aneelosis. ⁊ circa thoracem
habentibꝫ dolorem. cardiacis.
et stomaticē. grossos humores
purgando quoscumq;. subuenit
⁊ yliacis. splenis opilationem ⁊
epatis soluit. paraliticis. sciati
cis. arteticis. nefreticis. ⁊ podo
gricis. prodest. mestrua prouocat
mulierum. capitis peculiar' re

medium ē. humores superfluos a
matrice educit. ⁊ eam conceptui
humilem reddit. Interius pos
receptū. ul' suppositum. ul' iniectum.
Usus eius ē more el'ij. ul' disten
peratum ul' in pillis. Conficitur
ut diacastoreum. De theodori ston anacā dinum.

Theodoriton anacar
dinum meliam pūgat
principalit'. sō fl'a ⁊ hec calefaciē
do. ⁊ ē parū laxatiuum. valet prī
cipalit' passionibꝫ capitis ex me
lancolia. unū ualet maniacis. me
lācolicis. vigilnosis. ⁊ obliuiosi'.
et alienatione patientibꝫ. ⁊ ueti
cephalee. tinnitum auriū ⁊ surdi
tatem ⁊ defectum uisus ex hu. ul'
fumo melico emēdat. patientib'
sincopim ⁊ debilitate. stomacis. cā
diacis. spleneticis. arteticis. nefre
ticis. colicis. ⁊ causi' uesice utiliter
datur. tumori capitis ⁊ opilatiōi.
et toti' corporis decoloratiōi con
fertur. vicia matris ⁊ sterilitate
corrigit suppositum. ul' p os re
ceptum. datur ꝗ more electuarii.
ul' distemperatum. Conficitū sic.
Radices feniculi in madio uel
in iunio collecte ⁊ mūdate. et cō
tuse in aceto p septem dies. ul' p
nouem dies temperēt. coquant'
usq; ad consumptionē tertie partis.
⁊ colentur. deīn terant' ⁊ bulliāt
iterū ⁊ colentur. ⁊ ex colatura ei'
⁊ melle fiat oximel. ⁊ cū coctum
fuīt ⁊ tepidum pulueres confi
ciantur. De yeralogodion me pluum.

Ieralogodion mpluum
indifferent' purgat fl'a et me
lācoliam calefaciendo mediocri
ter laxatiuū. valet peculiarit' ꝗ
pilusim lingue. vīi ⁊ nomē accep
cephalee inuetate epilensie. apo

plexie maxime. et melic scotomie.
emigranie. paliticis. et tremulosis
et yspotomiam .i. cordis defectum
cardiacis. splenecticis. sciaticis ne
freticis. arteticis. podagricis sub
uenit. Colicis quoque yliacis. menstru
a educit. leprosis morpheam et
impetiginem patientibus medetur.
Usus eius est more electuarii. vel i
pillis. vel quod melius est distem
peratum conficitur ut diacastore
um vel blanca. Istud autem sic fit.
deinde fit comuniter quia queciu
que confectiones recipiunt gummas
simili modo conficiuntur. Item no
tandum quod usus eius multum
impedit infectum elefancie pu
stionibus etiam inferiorum partium
subuenit. De yera pigra Galieni

Iera pigra Galieni cuius media
pars est aloes et media aromati
ca. purgat flegma et melius ca
lefaciendo. et est parum laxatiua
valet contra vitia capitis. et auri
um et oculorum. valet etiam epilen
sie. apoplexie. maniacis. et melan
colicis. et contra veterem cephaleam
plus ceteris medicinis. Unde valet
contra vitia capitis universa sicut
omnes iere. sciaticis. arteticis. et
yliosis. et colicis confert. stomacum
purgat et renis epatis et splenis e
mendat. Scirosim tollit et exte
nuat renibus et vesice et matrici
subuenit. Usus eius est in pillis
vel more electuarii. vel distempe
rata. confectio eius non indiget
artificio. De yera rufina.

Iera rufini ex elleboro utroque quem
recipit est multum laxatiua. cale
faciendo purgat flegma et meliam.
valet specialiter in iuncturis passio
nibus capitis et melic et maxime
epilentie. apoplexie. antiquam
cephaleam destruit. emigraniam.
vertiginosis. tinnitum aurium pa
cientibus. et defectum visus opitu
latur. vitiis stomaci. epatis. et sple
nis medetur. morpheam et im
petiginem et pustulas. et scabiem
elephanticorum detergit. paliticis
sciaticis. et podagricis summum re
medium est. contra colicos et yliacos
procest. Usus eius mericlosus est.
solet enim suffocationem inducere.
Unde precipimus ut semper detur di
stemperata ut cum vino aliquo vel
cum ptisana et non dormiat sed mo
ueatur qui accipit incessanter. Si
non contingit eis sincopis traha
tur per barbam et per capillos et fi
ant remedia supradicta in trac
tatu electuarii. De yera consta

Iera constantini purgat tan
principaliter coleram nigram
et fumum melicum a stomaco ad
caput ascendentem. est autem parum
laxatiua. Datur specialiter ad visum
clarificandum et ad idem inuenta.
Datur in pillis vel more electuarii.
vel distemperata melius. De medi
cinis usualibus que dicte sunt suf
ficiant. De apozimate colera

Completo tractatu medicinarum purgantium
dictarum que more electuarii con
ficiuntur. consequens est ut ad apo
zimata transeamus. Est autem apo
zima decoctio alicuius herbe vel radi
cis. seminum. frondium vel specie
rum quod conficitur ad aliquem
humorem purgandum. Ratio autem
et causa fuit inuentionis apozi
matum. quoniam leuiter et sine omni an
gustia soluunt. et securius possunt dari
debilibus et tenuia habentibus intestina.
debilibus enim et defectis specialiter venter

et egris qui fortib; ñ sufficiunt
medicinis. Quare aũt leuiũ ducit
quã ceterẽ medicĩe ⁊ minus pe
riculose sint. causa ẽ qm̃ in pdic
tis medicinis tota medicine sb
stantia interiꝰ recipitur. In apo
zimate uõ tantũ subtilioꝛ quã
pars ex sui sbtilitate liquori in
dit. Apozimata ꝗ̃ quilibet faci
le pot̃ compone᷑ qui uirtute me
dicinnmiũ simplicium superiũ
pdcõꝝ pfecte nouit. Set minus
tñ pfecte doctrine ponamus de
apozimatũ confectioĩb; dicmĩ.
conficientes apozima ꝓpriũ ad
quelibet humoꝝ purgandum.

Dex apozimate colam purgante

Ad purgandum itaq; coleram na
turalem facimus. Accipimꝰ seni
caprinũ quãtum sufficiat uni po
tui ⁊ in eo uiole coquãtur. dein
inꝰ manus fugentur. ut tota
uis mandetur sero deinde colen
tur ⁊ exprimantur ⁊ in colatura
resoluant᷑. ʒ. i. cassiefistule mũ
date. ⁊ alia. ʒ. tamarindoꝝ cassi
afi. in panno lineo ponant᷑ ut
qd̃ liquidiꝰ erit distillet᷑ ⁊ recipi
atur in aliquo uase supposito i
liquore illo tempetur p noctem
sub diuo. ʒ. i. mirobolanorũ.
In collatura uõ illa resoluatur
sibi cassief. ⁊ tamarindoꝝ que
prius rem. inserat. ⁊ addita zuc
cara ꝓpinetur. pot̃ quoq; puluis
reubarbari cum mirobolanꝰ tẽ
perari ⁊ erit laxatiuũ ⁊ diureticũ.
Nota si serum nõ habemus loc;
de aqua fiat.

Dex apozimate fleumã purgante.

Apozima ad purgan
dum flegma conficimꝰ hoc mõ.
pollipodium. agarici. centaure
a minoꝛ. anisi ⁊ feniculi. omnia
contrita in aqua bulliãt. ⁊ si uis
facere magis laxatiuũ. colloquĩ
tida uł radicem cucumeri agrestĩ
uł q᷑ melius ẽ esulam pdcĩs reb;
apponas. ⁊ collaturã decoctiõis p
dcõꝝ cũ melle ⁊ zuccõ ꝓpinabis.
uł in colaturã benedictam distẽ
perabis et dabis pacienti.

Dex apozimate purgãte coleram adustam.

Ad purgandũ colam adustam
adustã; tale facimus apozima.
R. uioloꝝ. agarici. sene. pollipo
dium. epithimũ prius contusa
et parum elebori nigri. decoquioꝰ
in aqua ⁊ colamus. ⁊ in colaturã
distemperamꝰ mirobolani. kebu
li indos. reubarbaꝛ p noctem. et
in mane colamꝰ. ⁊ colaturam cum
zuccõ ꝓpinamus. Si uõ recens sit
adustio addantur tamarindi ⁊
cassiafistule apozimatum.

Dex apozimate pugãte meliam

Ad purgandum meliam. fit apo
zima hoc modo. agaricũ. pollipo
dium. sene. cuscute. epithimi. pi
rum elebori nigri prius bñ con
tusi decoquantur in aqua et co
lentur. ⁊ colature addatur mel.
lapis lazuli ꝓpinetur. confert fe
bribus ueram quartanam paci
entib; fortes medicinas ferre ne
queuntib;. optime purgat humõ
res melicos. ad instar istoꝛũ pro
uoluntate nrã possumꝰ conficẽ
alia ⁊ uniuersa apozimata.

Post medicinas

Dex pillulis.

que moꝛe electuarij uł in apozi
matib; dant᷑. restat ut de medi
cinis agamus q̃ recipiuntur in
pillulis. in puluere. in uomitu.
in cibis ⁊ potib; laxatiuis. pillle
itaq; dicunt᷑ medicĩe in rotun
dam formam formate ad quãti

cruem piperis. uel ciceris. uel orobi.
uel fabe et similium. Causa autem pil
lularum confectionis fuit duplex.
principalis scilicet et causa. principa
lis quoniam accepta medicina in pil
lulis magis purgat remotas par
tes et maxime caput. alio modo
quoniam in stomaco multam faciunt
moram. unde melius a remotis
partibus attrahunt quia tarde dissol
uuntur. Inuentionis autem eorum causa
causa fuit. quoniam sunt quidam debi
litati qui ita saporem medicine
aborrent ut nullam accipere pos
sunt. cuius saporem non sentiunt.
unde damus eis pillulas in ne
bulis inuolutas. et alio modo ut
medicine saporem non sentiant.
Pillularum autem quedam sunt que
proprias habent receptionem. sicut pillule
auree. fetide. cochie. pillule sine quibus
esse nolo. et reliqua. Quedam uero ex
receptione aliarum medicinarum fi
unt. ut de ieralogodion. theodo
ricon. anacardi. theodoricon ypo
cistidos et similium. Notandum uero quod
de omni medicina que conficitur mo
re electuarii pillule possunt fieri
uel confici exceptis illis que recipiunt
elleborum in tanta quantitate ut uirtus
ellebori dicetur exceptis uomitiuis
medicinis. Elleborus autem et cetere uo
mitiue medicine naturam habent resol
uendi humores quos attingunt
in uentositatem. Inde ex longa sui
mora in stomaco quandoque inducit
suffocationem. Quomodo autem
debeant dare pillulas. quando etiam
obseruande sunt per eos qui suscepe
runt superius edocuimus. Dici
mus tamen adhuc quoniam in sero dande
sunt pillule. et superdormiendum. ut na
turali calore confortato in sompno
resoluatur medicina interius. Illud
autem generaliter obseruatur in omni
medicina ut cum ceperint ducere non
dormiat potionatus.

De puluere laxatiuo.

Puluere similiter uti
mur laxatiuo. Causa autem inuen
tionis eius potius est carnalita
tis quam necessitatis. Quidam autem adeo
abhorrent medicinas confectas
ut nullo modo eas recipere possint.
quibus damus laxatiuum puluerem
incautis offerentes in principio
prandii ut in uino aliquo. uel in
cibo. uel in potu. et cum puluerem
susceperint reuertentur a prandio
ne quantitate cibi suffocetur uir
tus medicine.

De uomicis medicinis.

Sequitur ut de uomi
cis medicinis dicamus. Causa
autem inuentionis earum fuit habu
dantia leuium humorum qui et po
tencius per superiorem educuntur re
gionem quam per inferiorem. Datur autem
quandoque distemperatus. quandoque in mo
dum electuarii. quandoque in puluere. quandoque
in pillulis sed raro. sed hoc fit prin
cipaliter. sed tamen tunc quando pillule fiunt
de calida medicina que sterc potest
test dari. et que utroque modo purgat
per uomitum et per uentrem. Melius
autem datur uomitus distemperatus
cum tepida. Quando autem et quibus dan
dum sit uomitum et quibus non. que
autem attendenda sunt circa uomitum
superius exposuimus.

De cibis et potibus laxatiuis.

Cibis et potibus similiter
utimur laxatiuis. Causa
autem inuentionis eorum fuit. quoniam sunt
quidam ita delicati quod nullam me
dicinam possunt aliquo modo su
scipere quibus facimus cibos et po
tus laxatiuos. Ideo autem notandum
quod minus confert in cibis et

potibus medicine quam aliquo modo accepte. Cibum ergo laxativum sic facimus. Pollipodium ʒ ii vel tres tritas cum gallina vel porco decoquimus. Deinde eis illius damus addito cinamomo cardamomo et similibus. Vel ius bibat et carnem comedat. et ducetur ad vii vel viii sellas secundum quod facile vel difficile purgabitur. Valet ad hoc pollipodium magis uirente quam siccum. Aliter ollam lacte titimalli punge semel aut bis interius. deinde ad solem desicca. in olla illa cibum decoquimus fit laxativus. Item esulam vel aliam medicinam laxativam cum aliis laxativis speciebus tritis et in cibo aliquo nescienti damus.

De potu laxativo.

Potum eodem modo facimus laxativum: quandoque de vino, quandoque de aqua, quandoque de nectare, quandoque de melle. et alie species accipiunt medicine laxative. Vino laxativo et aqua raro utimur quoniam in eis sapor medicine magis sentitur. Nectar autem conficitur hoc modo. Cinamomum, gariofoli, nuces muscate, galanga, ana ʒ ii, zedoar. et spica nardi. et alie species quibus fiunt pigmenta terantur ita quod in uno potu contineantur ʒ ii. et tunc mel vinum et species misceantur et per saccellum colentur multociens donec eius specierum mandetur vino de pigmento propinamus secundum quod volumus multum vel parum laxare.

De electione simplicium medicinarum.

Quoniam de usu laxativarum medicinarum tam simplicium quam compositarum de natura etiam uniuscuiusque sufficienter tractavimus in fine presentis operis que ad totam artem medicinalem sunt necessaria subiciamus, scilicet de electione medicinarum et electione earum et conservatione. Electio quidem necessaria est circa species quas ab aliis comparamus. Electio vero ad ea spectat que nos met ipsos p invenimus ut flores semina et fructus folia et radices. Conservatio autem ad utrumque. Circa electionem vero quatuor sunt attendenda: sapor scilicet odor color et substantia. Sapores sunt novem octo nominati. Nonus innominatus. Nominatorum v pertinent ad coleram in speciem, tres ad frigidam. Ad coleram pertinent dulcis, amarus, salsus, acutus et unctuosus. Ad frigidam ponticus, stipticus et acetosus. Dulcis quas invenitur in absinthio et aloe. Salsus qualis invenitur in nitro et in omni genere salis. Unctuosus qualis invenitur in carne pingui et in oleo. Acutus qualis invenitur in pipere et gariofolis. Ponticus qualis invenitur in citoniis, nespulis, sorbis. Sed magis acetosus qualis invenitur in aceto, malis granatis acetosis et acetula. Nonus vero qui insipidus dicitur qualis est sapor qui recipitur in aqua, in cucurbita, cucumere, melone. Cum igitur diversa sint genera colorum saporum odorum et substantiarum specierum oportet medicum non ignorare quem saporem vel odorem vel colorem debeat habere unaquaque medicina in genere suo, ut eam que intensiorem in genere suo habuerit qualitatem sibi debitam eligat secundum saporem. Quia medicine que saporem suo generi acomodat intensiorem eligenda erit. Ubi gratia. Scimus quod aloes in genere suo amarum saporem habet.

aloes quod quo magis participat ad
amaritudinem quantum ad sapo
rem magis ualet. Similiter absin
thium in genere suo amarum est
quanto quod amarius et ualidius tan
to plus ualet. Eodem modo zuccarum
in genere suo dulce est. et quanto
magis dulcior tanto magis eli
gendum est. et sic de ceteris debemus
intelligere. Similiter secundum alias sa
porum differentias attendere debe
mus specierum colores que species in co
lore suo suo generi acomodato inten
sior est eligenda est quantum ad
colorem. verbi gratia. Rosa rubea
est in genere suo et lilium album.
Illa ergo que rubicundior est e
ligenda est. et lilium similiter eli
gendum est quod albius. Similiter
muscus epaticum habet colorem quan
to quod accedit ad empicum colorem
magis ualet. Rasinum citrini
coloris est naturaliter. quanto ergo
intenditur citrinus color magis e
ligendus est quantum ad colorem.
De odore uero secundum eandem rationem.
Res que odorem suo generi compete
tem habuit intensiorem utilior
est quantum ad odorem. verbi gratia.
Scimus quem odorem debeat habere
muscus. ergo secundum odorem istum
quem habuit intensiorem magis
ualebit. Similiter circa balsamum
odor suo generi debitus quanto inten
sior erit magis est eligendus et sic
de aliis. Substantia uero non minus
attenditur. ne scilicet illa que debet esse
humida sit sicca et ecuiso. ne pu
trida aut exesa uermibus. verbi
gratia. Camofolus debuit esse talis
substantie ut ungue infixo quendam
de se emittat liquorem qui si non
fecerit peccatum est in substantia propter

siccitatem. Cauendum est quod ne deci
piamur. Specionarii namque in lo
cis humidis Camofolos reubibi
ni. et alia que aliquantulum humidi
tatis habere debent reponere solent
ut grauiora et ponderosiora et me
liora uideantur. Camofoli tamen
sicci humectati si unguis infigi
tur non emittunt propterea liquorem.
putredo uero et uermi uel corrosio ocu
lis subiciuntur. Que uero species in
propria reperiuntur substantia magis eli
gende sunt quam que fuerunt permutate.
Eligere itaque debemus illam speciem
que odorem et saporem suo generi
rebus acomodatum habuit intensio
rem. et saporem suo generi rebus ac
comodatum habuit intensiorem.
magis uero si concurrunt omnia.

De collectione medicinarum.

Collectionis etiam consideratio
et scientia medico est necessaria.
ut sciat quando radices. quando folia. quan
do folia et flores. quando folia et se
mina sunt colligenda. Incompe
tens est medicinarum collectio pri
mum operatur experimentorum fallaciam.
Collecte etiam medicine quodam
tempore plurimum fiunt laxatiue. parum
uero uel nichil laxant alio tempore
collecte. Item quedam ex collec
tionis tempore uim suam retinent.
Alie uero uim suam amittunt omi
no. ut illa que colliguntur ante
tempus sue maturitatis. Colligende
itaque sunt herbe quando ad suam nati
uitatem peruenerint. Si autem flores
habeant in flore sunt colligende.
ut pulegium. origanum. calami
tum. sticados et similia. Flores
uero colligendi sunt cum fuerint
adulti et ad plenitudinem sui per
uenerint incrementi. ut nec in

principio sue generatiōis nec qñ
maturescunt colligantur. Semi
na uō ⁊ fructus cum ad plenam
uenerīt maturitatem collig-en
da sunt. Folia uō ⁊ frondes cum
ad suu incrementum puenerīt. qñ
.s. plene humiditatem suam cō
biberint. nec adhuc a stipite suo
cadunt. nec ea qñ maturescunt
ul' dum adhuc nimius tenera
sūt colligere aliquis presumat.
Radices aūt tunc colligendas ēē
censemus, qñ decissis foliis sue
cōstitatem suā inesse retinēt. et
nutrimentū ad folia ⁊ ad stipitē
non transmittit. Notandum: q'
qñ: stiptica aū tps sue matum
tatis collecta sunt stipticiōa. la
xatiua uō maxime in canicula
rib; sūt colligenda. hec aūt fm
uarietatem h'bar̄ sūt intelligē
da. Quedam enī herbe flores ci
tius ponunt. quedam uō tar
dius. Quedam uō semina ⁊ fruc
tus citius maturantur.

Ollecte uō medicine conseruen
tur hoc modo. ut neq; in siccis lo
cis ne ex siccitate uirtus ear̄
exsiccatur neq; in nimius hu
midis ne ex humiditate citius
putrescant. Radices g' collecte
et semina ad solem possunt de
siccari. Si tamen nimis feruen
tem ne uirtus ear̄ ex nimio ca
lore dissoluatur. Frondes uō et
folia ⁊ flores in umbra soli uici
na desiccent. ul' in sole nō mul
tum calido ne humiditas cōsu
matur. Semina qui habent fol
liculos in eisdem conseruentur.
desiccate ergo medicine depo-
nantur in archis cypressinis ul'

fraxineis. ul' similib; lignis nō
putribilib;. Confecte ergo me
dicine in pixidib; conseruentur.
Collirïa in uasis cupreis quē ad
modum axsungia in testibus ua
sis. et hec dicta de medicinis la
xatiuis sufficiant.

Incipit liber divisionum arazi/
ṽba abubacri filij zacharie a/
razi translatus a magistro Ge/
rardo cremonensi in tolleto de/
arabico in latinum.

ENTILATA

fuit in presentia cuiusdam pro/
bi viri rememoratione divisio/
nis egritudinum et curationis/
earum. Quare visum est michi ut/
componerem librum de hac inten/
tione cuius utilitas esset communis et mul/
tiplicaretur excitatio omnium/
consideratione in ipso et utentium/
eo. et propterea quia vidi in ipso/
iuvamentum maximum et commu/
nitatem. Deum itaque posco con/
cessionem ad rectificationem/
sermonis et operis et auxilium secundum/
quod sibi placet et quod ei sit appropri/
atio. cum ipse sit sui gubernator./
Et nos quidem scripsimus secundum ca/
pitula signata litteris sicut feci/
mus in almansore que sunt cen/
tum et quinquaginta quatuor ca/
pitula usque in fine libri.

Capitulum primum de alopitia.

Primum ex eis itaque est capitulum/
de alopitia que est casus pilorum/
et una causa fit propter flegma salsum/
adustum. Et signa eius sunt ut/
sit cutis levis albi coloris delica/
ti corporis. cutis nitide. mollis. et fit/
ex illis qui iam usi multum sunt/
cibis frigidis et humidis et mune/
cum eis. aut communicat ei albe/
do coloris cutis cum casu capil/
lorum abea. Et eius curatio est ut/
solvatur venter eum cum yerarru/
fini. aut yerapigra cuius dosis tunc/
sit ʒ. aut sumatur colloquintide/
interiores trita ʒ.i. et aloes et turbit/
ambobus ana ʒ.i. et bdellium ℈ et/
masticis omnium ana sexta ʒ.i./
fiat solutio cum eo aliquotiens. et/
evomat post replectionem cibi cum/
sirupo acetoso et aqua calida post/
quam decoquuntur in ea rafanus/
et sinapis et sicla et aneti. aut su/
matur aneti manipulum .i. et bul/
liat in .iij. lib. aque donec dissol/
vatur anetum et rubeat aqua./
et coletur ex eo et ponatur in omni/
lib. ʒ.i. mellis cum est calida et mo/
veatur donec dissolvatur. et bi/
bat ex ea cum est calida .v. lib. Si/
ergo advenerit vomitus bonum/
erit. Et si non bibat ex ea .v. libr./
aliam. gl. Si vomitus per hec non e/
venerit sumatur cochisi et thuris/
ambobus ana ʒ.i. et baurac ʒ.iij. dis/
solvantur omnia in .v. lib. aque cum/
ʒ.i. salis nigri et bibatur. Et fit etiam/
ex sanguine in quo multipli/
cata est colera citrina. et signa eius/
sunt citrinitas coloris et exteru/
atio corporis. et quod infirmus/
usus sit calidis. Et cura eius est come/
dere cibos frigidos et balneatio as/
sidua cum aqua dulci tepida. ab/
sque longitudine sessionis in ea./
et potare aquam casei cum sca/
monea. aut scamonee pondus/
quarte ʒ.i. in sex sextariis. et quar/
ta lactis acetosi. Et fit ex colera

nigra. et signa ei sunt nigredo cor-
poris et extenuatio eius et siccitas
ipsius. et quod habens eam plurimum
usus est cibis qui generant melan-
coliam sicut lentibus et caulibus et carne sa-
lata et similia. et plurimo usus est
labore. Et eius cura est ut potius
sumat decoctionem epithimi aliqui-
bus et de his pillulis. quarum recipe
epithimi et polipodii. ana drachmas. ana.
ʒ. x. agarici. ʒ. v. et colloquintide
interioris. ʒ. i. et s. et salis naphtici. ʒ. i.
et garioflorum ʒ. i. informentur pillule.
quarum dosis. ʒ. ij. et s. Significationem
vero que sunt per colorem cutis in
his duabus speciebus sunt debiles
et proprie in colerica quoniam in his du-
abus speciebus ictericia precedit eas. et
omnes quidem species allopitie
indigent purgatione et equa-
tione corporis cum cibo contrario
humori generanti egritudinem
eis quibus locus curetur. Et loci
quidem curatio duarum est specierum.
Quarum una est habentium corpo-
ra lenia. sicut infantes et eunu-
chi et mulieres. et illi quorum cutes
sunt albe nude. Curentur ergo fri-
catione fortis cum panno aspero do-
nec cutis rubeat postquam pili ab-
rasi fuerint. Et oportet ut cum fri-
cas consideres ipsum. nam si vide-
ris ipsum rubere fricatione parva
tunc est facilis curationis. et si non
rubet nisi post fricationem et plu-
rimam tunc est difficilis sanationis.
et considera medicamen quod ponis
super caput. et tunc si videris ipsum
calefacere plusquam oportet frange
acuitatem eius. et permuta ipsum
cum alio. Et curatio huius egritu-
dinis que est incipiens et facilis
est cum medicamine debili. et

que antiqua est cum medicamine
forti. deinde fricentur cum cepa
que comeditur: aut cum cepa nar-
cisi. et liniatur desuper medicamen
cuius descriptio. Recipe. cinerem corticum
avellanarum et amaras amigdalas
adustas cum corticibus suis. frigi-
tur in sartagine donec aduran-
tur et terrantur. deinde agregentur
cum oleo et liniatur cum eis. Et a-
lia est habentium corpora nigra
aspere cutis. fortium pilorum ad quo-
rum curam misceatur cum istis sicut
quarta eorum sulphuris. et sexta
ipsorum grani rute. Et in utrisque speci-
ebus quando ulcerantur: aut parate fi-
unt ad ulcerandum. fiat desuper
inunctio cum unguento de cerusa
donec sanetur deinde iteretur.
Capitulum. fin de casu capillorum.
Et casus eorum fit ex diminutione
nutrimenti. aut ex corruptione hu-
morum. aut ex dilatatione pororum.
Et signa eius sunt: quoniam corpus est
siccum et extenuatum. Et cura
eius est dilatatio in cibo. et additio
in sompno. et balneo. et potatio vi-
ni rubei et aquosi. et fit ex spissitu-
dine cutis. et signa eius sunt quoniam
sunt radices pilorum cum tenuitate
fortes non egredientes velociter:
et sunt pili crossi vehementis nigre-
dinis. declives ad crispitudinem.
Et curatio eius est balneum assidu-
um. et inunctio cum oleo camo-
millino. et linitur ex capostematibus
allopitie sicut amigdalis amaris et
sepia adustis cum spuma maris
aggregentur cum oleo et liniatur ex
eo caput. Et fit ex mollicie cutis
capitis. et signa eius sunt paucitas
capillorum et subtilitas eorum et velo-
citas casus. Et curatio eius est olim

mirtini. et olim ardoris masticis
cum laudano quo pilorum radices
impinguantur. et est leue. et fiat illud
postquam abraduntur pili. et fortius
illo est ut dissoluatur pondus
℥. iij. acatie ℥. iij. laudani. in ℥.
½. uini punici. et fundatur desuper
℥. ½. olei mirtini. et cooperiatur
cum eo caput. Et quandoque confert
olim mirtinum cum laudano ei
qui fit ex diminutione nutrimenti
ei etiam. Cap. iij. de dolore capitis.

Fit ex febre calida. sicut est tertiana et cau
son sine apostemate in cerebro. et signa
eius sunt quoniam commouetur cum
eo caliditas febris et quiescit cum
ipsa declinat. Et cura eius est cura
febris. et fit ex apostemate
in cerebro. et panniculus eius et
signa eius sunt. assiduatio do
loris capitis a principio egritu
dinis usque ad eius diminutio
nem. et quod excitatur ante uehe
mentiam febris. et uehementiam
rubedinis oculorum. et exuberatio
uenarum. et alienatio et commixtio
rationis. Et cura eius est cura fre
nesis calide ex eis que ego dicam.
Et fit in fine febrium. et tunc est
crisis. Et signa eius sunt quoniam com
mouetur postquam preterit febris
quatuor dies. et fiunt cum ea
nausea. et subuersio anime. et uertigo.
Et cura eius est adiutorium ad
uelocitatem uomitus. si fuerit
nausea. uomitus cum aqua calida
et sirupo acetoso. aut suppositorie
collirii. aut clisteris lenis. Si uero
non fuerit siccus. aut fuerit cum
eo commotio in stomacho. Caput
uero ipsum non curatur in hac egri
tudine cum aliquo. et fit a cali
ditate uenenorum. Et cura eius est

ut fundatur super caluam oleum
ro. recens. aut olim de oliuis re
centibus immaturis. Et non effunda
tur super occipitio quoniam est locus fri
gidus. et ex eo origo est nuche.
ut non perueniat ex effusione
olei nocumentum. et fit olim quod
effunditur super sinciput infri
gidatum super niuem. aut in cisterna
aque frigide. aut conquassetur
cum qualitate que tunc ipsius accidit.
Super infantium autem et mulie
rum capita effundatur oleum
camomillinum. et fit ex frigore
aeris. et cura eius est effusio o
lei calidi super sinciput. sicut olei
nucis. aut olei laurini. aut co
stini. aut alicuius ex oleis calefic
ientibus. et fit iterum a siccitate sine
materia dolor capitis [illegible]
humiditas autem non facit accidere
dolorem capitis [illegible] multi
plicetur eius quantitas. tunc enim fa
cit accidere grauitatem in capite.
et eius curatio est cum desiccantibus
et cum pillulis [illegible]
gallie. et oleis desiccatiuis. et eius
curatio ex siccitate est balneum.
et inunctio cum alio oleo. et hu
mectatio cibi. et fit absque febre
sicut propotum uini fortis puri.
Et signa eius sunt ut commoueatur
post ipsum. et ut fit caput cum eo
graue. et curatio eius est somp
nus plurimus. deinde introitus balnei.
et acceptio cibi pauci frigidi ex lenti
bus. aut caulibus. aut ex pulli
s preparatis cum aqua agreste. et cor
iandrum camphore. et rose. et fri
catio pedum. deinde reiteratio
balnei post somnium longum.
Quod si remanserint in capite ex
eo reliquie cum paucitate sop

ni. fumatur ex uino cōmixto
plimū acceptio equal'. Et fit ai
casu aut pcussione accidēte in
capite. Et curatio eius ē flobo
thomia cephalice. dein effusio
aque frigide sup caput ⁊ facē
emplm post illud ex folus mir
ti cum pauco rasmedio ⁊ acacie.
ex aqua citoniorꝝ ⁊ olfatus odo
riferorꝝ frigidorꝝ. et etiam pt il
lud ex cēbris gallinarꝝ ⁊ cerebr
arietum ⁊ edulorꝝ ⁊ deinde ex
cibum calidum. cuius ē uapor
ascendentem ad caput. et leni
atur natura ei' cum suppositorio
fcō ex sapone. aut clistere facto
ex aqua siele ⁊ almum ⁊ oleo ui
olato ⁊ fit ex uentositate feti
da replente caput. et curatio
eius est olfatus redolentium f
frorꝝ. sicut camphore. et aque
rosate ⁊ uiolarꝝ ⁊ sandalorꝝ ⁊ ne
nufaris ⁊ odorare olea eorꝝ. Et fit
etiam ꝓpt olfatum uētositatis
uaporis calidi replentis caput.
sicut gallie ⁊ ambre. aut mu
sci. aut silium ex bn̄ redolentib'
calīs. et cura eius ē flomia. et
effusio aque frigid' sup caput ⁊
olfatus bn̄ redolentium frorꝝ
de his que diximus ⁊ odorarē nu'
tociens olea eorꝝ. Et fit ex dn̄io
colere in sanguine. et signa eius
sunt exsiccatio corporis ⁊ exte
nuatio eius ⁊ uelocitas pulsu'
⁊ sitis ⁊ siccitas supiorꝝ partium
narium ⁊ uigilie. et eius cura
est lenificatio uentris cū aqua
prunorꝝ ⁊ sirupo rosaceo. deīn
effusio aque frigide sup caput.
et positio aceti de uino ⁊ aque
rosate ⁊ olei rosati cōquassati
sup ipm ⁊ inunctō eius cū oleo

uiolaceo ⁊ oleo de cucurbita ⁊ de
amigdal' dulcib; ⁊ sternutatio
cum eis ⁊ assidue uti cibis frīs.
ut cucurbita ⁊ agresta ⁊ portu
laca ⁊ lac ⁊ que sunt ex eis ⁊ ac
ceptio mucillaginis psiliȝ. et
aque granatorꝝ acetosorꝝ. Et fit
ex dominio sanguinis. et eius
signa sūt rubedo faciei ⁊ oculorꝝ.
et grauitas capitis ⁊ totius cor
poris ⁊ multitudo sompni. Et cu
ra eius est flomia cephalice. de
inde reliqua que diximus de cu
ra doloris capitis accidentis ex
colera citrina. Et confert h' do
lori capitis ꝑ ꝓpe cibaria cū taf
sil ⁊ alcursu ⁊ agresta ⁊ in sedi
menta iuuiuc. Et fit ex uapo
re grosso in capite. et signa ei'
sunt tensio in radicib; oculorū.
et uehementia doloris capitis sin
grauedine ⁊ uehementia pulsa
tionis timporꝝ. Et ei' cura est le
nificatio nature cum supfluita
te pauca cum eis que fc̄. sicut in
fusio aloes ⁊ pille de yera. deīn
inclinatio capitis sup uaporē
camomille ⁊ sansuci ⁊ calamti
aliquotiēs. deinde introitus bal
nei. Et fit ex humoribus frigidi
crossis medias. aut flatuas cōi
b; ꝑpē in capite. Et signa eius
sunt. uehementia doloris capi
tis sine caliditate in capite ⁊ facie
aput tactum ⁊ neq; est rubedo
in colore. neq; exuberatio i ueni'
⁊ qd̄ est cronicus. Et eius cura ē
solutio cum pillis cochijs ⁊ yera
rufini ⁊ inclinatio capitis super
decoctionē camomille ut' calam
ti ⁊ sansuci ⁊ odorare rutam ⁊ ca
storeum ⁊ sisimbriū ⁊ sansuci.
et sternutatio cum pipe ⁊ ... .

q castoreo. et gargarismꝰ cū sirͦ
acetoso ꝛ sinapi. et dolor quidem
capitis assiduus comprehendens
caput totum noīatus grecis ga
leam ē hᵒ genꝰ. et fit ab humori
bꝫ malis in pte capitis. aut in
toto capite. Et signa eiꝰ sunt qͥ
eger lumen intueri non ualet.
neqꝫ uocem audire pōt. Et cura e
ius est euacuatio nature cū ei
que mūdificeāt caput ꝛ stoma
chum. Et fit ex colā in ore sto
machi sine febre. Et signa eius
sūt nausia. ꝛ qḋ sequitur post uo
mitum. Et cura eiꝰ est. ū bibat
sirupū acetosum. ꝛ aquā calidā
multam ꝛ euomat aliquotiēs
donec mūdificetur stomachꝰ.
et sedetur nausia. deinde come
dat ex malis ꝛ citonijs. ꝛ cibā
ria facta cum aqua agreste. Et
fit post coitum. Et curatio eius
est ablutio cum aqua frā. ꝛ sōp
nus. ꝛ olim uiolatum ꝛ comestio
pullorū ꝛ uitellorū ouorū. ꝛ ami
nistratio enematis qḋ impin
guat renes ex eis que dicemꝰ
in capitᵒlo coitus. Et fit quod
strictura oris stomachi et mlͭ
titudine sensus eius. Et signa
eius sūt qḋ cōmouetur in matu
tinis. et cū eo ē fames. ꝛ sedatiō
cum hoc comedit q̄libet come
stionem. et cura eius est ū bibat
bonū cum in mane sambuch. ꝛ cue
carum. aut sumat aliqḋ de fruc
tibꝫ stipticis. sicut pomis. ꝛ cito
nijs. ꝛ granatis mizis. aut co
medat bucellam panis infusā
in aqua agreste. aut aqua grā
torū acetosorū ꝛ conferunt omi
bꝫ spēbꝫ doloris capitis lenifica
tio uentris semp. ꝛ alienatō oīs

rei cuiꝰ uapor ueloceᵣ eleuatū ad
caput. **Cap. iiij. de emigranea.**

Quandoqꝫ fit ex caliditate. et signa
eius sunt. pulsatio temporum.
et calefactio tactus patis ꝛ seda
tio ex rebꝫ frīs. et curatio eius ē
flomia cephalice. ꝛ lenificatio
nature cum eis que diximus ī
capitᵒlo doloris calī. ꝛ assiduatō
acceptionis coriandri ꝛ zuccarī.
et psillij in matutinis. Et fit ex
uaporibꝫ humorū frigidorū. Et si
gna eiꝰ sunt. ledi ex rebꝫ frigi
dis. ꝛ priuatio caloris in parte
cum tangitur. ꝛ qḋ est longio
ris assiduatiōis ꝛ pluris. Et cu
ra eius est. sollō cum yeranifirā.
et cū pillis cochijs. ꝛ cum omibꝰ
que diximus in capitᵒlo apople
sie. aut sumatur ℥. i. oli ō uiuo.
et distrumpatur in eo pondꝰ ℨ.
ij. castorei. ꝛ ℨ. i. euforbij. et fri
cetur cum eo pars ꝛ dissoluatur
in aurem que est in illa pte. et
qñ pseuerat emigranea. ꝛ pro
ueniet oculo tenebrositas ex ea.
oportet tūc ut cito succurratᵣ sub
leuando arteriam. ꝛ cauterizādo
eam. et si nō faciet ipm incurrē
et intidar et destructionem uisꝰ.
Et emigranea quē frigida plu
rimum fit in parte sinistra. et
calida in pte dextra. Et cōfert
emigranee ex calore ut dissol
uatur sexta pars ℨ. i. camfore ī
guttis lactis mulieris ꝛ distil
lentur in aurē. **Cap. v. de ver-**
tigine.

Quandoqꝫ fit ex mul
titudine sanguinis. ꝛ signa e
ius sūt rubedo faciei et oculorū
in illa hora. et exuberatio uena
rum. ꝛ algitudo ꝛ pulsus tem
porū. ꝛ uenarū que sūt pē aures.

et qđ rubet facies 7 caput. Et cu
ra eius ē flomia basilice medi
e. aut cephalice. 7 uentosatō cru
rium. 7 abitio ex cibis sbtilibꝫ
extinguentibꝫ sanguinem sic
lentibꝫ. 7 aq̄ agreste. 7 alchanes
et amministratio psillij cum
aqua frigida et pone eā sup aurē
et utere reliqua curōne que absci
dit fluxum sanguīs predicta ī
tractatu distillationum.

Cap. viij. de cura athelil que acci

Sunt athelil qui dūt ī palpebris.
accidūt in palpebris ocli. qnq; sūt
humidi et qnq; sicci. Oportet igr ut te
neas eos cū tenalius aut cum un
cino et incidas eos cū spatumili
a radicib; suis. deīn pone sr loca
gogi tritū. Si aūt fluat ex eis sāgui
tc̄ cauteriza eos cū cauterio lenticula
ri subtili. et cauterizare eos est meli⁹
post incisionē. quoniam multotiēs ē rede
unt qm remanet ex radicib; suis
aliqd. et qn cauterizant̄ cum igne
comburunt̄ ille radices et non re
deunt.

Cap. ix. de cura grandinis q accidit ī palpebris oculi.

Multotiēs accidit in palpebris aliqd qd as
similatur grandini in fortitudie
sua. et sua duritie. et ppē illud noīatū

grandis. et est aggregatio humidita
tis crosse in palpebra superiori et
palpebra inferiori. Operatio igitur i
eis est ut consideres tunc si est gran
dis procedens in eo quod apparet de pal
pebra superiori movetur ad omnem
partem. et res eius est facilis. finde igitur su
per eam fissuram per latitudinem. deinde
excoria eam ab omni parte cum facilita
te donec evadat. deinde suspende
eam cum uncino et abscinde eam. Si autem
non preparatur tibi abscissio eius nisi post
quam tu penetras palpebram cum in
cisione parum post tunc nocet infirmo
illud in aliquo. Quod si fissura est
magna tunc aggrega ipsum cum su
tura et cura ipsum donec sanetur.
et si est parva non superveniet tibi ma
lum ex ea. unguentum enim restaurat
ipsam et incarnat eam. Et si grandis
est declivis ad interiora averte ipsius
superficiem interiorem tunc incisa
palpebram et suspende grandinem cum
uncino propter quod indigeat incisio
ne et preme eam ab omni parte. quia
si elongatur palpebra per incisionem
non nocet illud in aliquo. deinde a
blue oculum post incisionem gran
dinis cum aqua salsa et cura locum
cum eo quod incarnat donec sanetur
infirmus. Capitulum .x. de cu
ra axirnach quod accidit in palpebra
Axirnach est adeps qui superiori oculi.
generatur in tunicis palpebre supe
rioris. et plurimum quod accidit illud pue
ris. et ipsum gravat oculos eorum. et acci
dunt eis catarri in matutinis et
non possunt intueri lumen solis. propterea
quia lacrime procedunt ad eos. et propter
illud invenies eos discubere super facie
suas semper. et super eas dormiunt. et sunt
palpebre eorum subsupellus humide
quas iam cooperit inflatio et emi
nentia quedam axirnach apparens
est causa. et cum premis locum cum digi
tis tuis sentis axirnach inter eos.
et modus operationis est ut ponat infir
mus caput suum in sinu tuo. deinde
accipe pannum lini et prepara ex eo li
cinium et fac ex illo licinio circulum
secundum quantitatem quod contineat axirnach.
ab omni parte. deinde pone eum super
eam et preme eum digitis tuis
ab omni parte ut aggregetur axirnach
in medio circuli. deinde scinde in
medio illius humiditatis cum spatu
mili incidente fissuram per latitudi
nem et non sit fissura maior fissura que
fit in flebotomia. In profundo autem
oportet ut findas cutem totam do
nec pervenias ad axirnach. In plu
ribus enim dispositionibus procedit axi
nach ex fissura secundum formam frusti
pinguedinis albe. Extrahe igitur
eam cum panno quem involvis
inter digitos tuos ad exteriora. et tu
revolvis manum tuam ad dextram
et sinistram donec disgregatur. et ca
ve ne addas in fissura ut non perve
nias cum spatumili ad oculum et le
das eum. Si autem non apparet tibi axir
nach in principio fissure ut addas
in fissura parumper cum facilitate do
nec procedat axirnach. deinde extra
he eam sicut diximus. deinde submerge
pannos in aceto et aqua et pone eos
super locum et stringe eum cum pulvillis.
Et ex hominibus sunt qui terunt salem
et ponunt ipsum in concavitatem fissure
ut liquefiat quod remansit ex illa hu
miditate. deinde cura ipsum donec
sanetur. Si autem accidat in loco apo
stema calidum tunc cura ipsum cum empla
stris sedativis donec sanetur.
Capitulum .xi. de modis
quibus taxantur oculi.

Quando nascuntur in palpebris oculi
pili additi preter cursum sub pilis na
turalibus et antiquantur tunc ipsi nocent
oculo et faciunt accidere modos egri
tudinum sicut lacrimas assiduas et mol
lificationem palpebrarum et albuginem
donec fit illud causa destructionis
oculi albuginis. et taxamir quod est oculi
fit secundum quatuor modos aut per cauterium
cum igne. aut cum medicina acu
ta secundum quod premissum est in capitulo
cauterii. aut fit taxamir per incisio
nem et suturam. aut per cannas secundum
quod ego dicam. Oportet ut ponas
caput infirmi in sinu tuo deinde
converte palpebram oculi manu tua
sinistra. Si ergo convertitur bonum est. et
si non intromitte acum in eam in
qua sit filum ab inferiori parte
palpebre et fac penetrare acum cum
filo desuper. et sit illud prope pilos ipsos.
et prope magnitudinem palpebre in
qua nascuntur pili. et trahe filum ad
superiora cum palpebra et converte eam cum
radio. deinde finde interiorem partem
palpebre sub pilis additis cum spa
tumulo incidente a lacrimali maio
re usque ad lacrimale minus. deinde
extrahe filum et pone sub palpebra
pulvillum parvum ex cotto aut panno.
deinde signa cum encausto super
palpebram quod sit sicut figura folii
mirti. verumtamen oportet ut sit figura
secundum quantitatem quam vis de eleva
tione palpebre quoniam iam diversificatur
illud in hominibus. Ex eis enim est qui
indiget ut incidatur ex palpebra quan
titas magna secundum quantitatem qua
mollificatur palpebra. deinde finde
super duas lineas cum spatumulo quas
signasti et incipe a lacrimali maio
re usque ad lacrimale minus et sit fis
sura una prope pilos naturales sicut est

crossitudo radii. deinde intromitte
uncinum in uno duorum angulorum cutis.
deinde excoria ipsum totum. deinde aggrega
cum sutura duo labia cum acu et fi
lo lane subtili. et abstergere sanguinem
et fac adherere quod superfluit ex filis
super duo supercilia cum quodam rebus
inviscantibus si vis facere illud. et si
non ne cures. deinde dimitte suturam
et fila usque ad tres dies aut quatuor.
postea cura illud. et si vis dimitte vulnus
absque sutura et cura ipsum cum eo quod ex
siccat et constringit. nam palpebra e
levatur apud sigillationem vulneris
et aggregationem eius. sed sutura est me
lior. hunc ergo taxamir docuerunt an
tiqui. verumtamen in eo est sollicitudo
super infirmum et est ex bona operatione
et non est in eo timor. et est modus alius
in taxamir id est et ut signes super pal
pebram figuram que sit sicut figura
folii mirti sicut narravimus. deinde ele
va palpebram cum tribus uncinis
separatis aut aggregatis secundum hanc formam.

deinde incide quod superfluit cum forficibus
parvis secundum hanc formam incisionem cum
equali



tate. Si
autem non est tibi possibile tenere un
cinos et non equatur illud. tunc accipe
acum in qua sit filum et intromit
te ipsum in medio figure. et intro
mitte filum aliud prope lacrimalem ma
ius et filum secundum prope lacrimale minus.
et aggrega inter digitos tuos fila cum
equalitate. deinde eleva cum eis manum
tuam elevatione equali et eleva cu
tem secundum quam est signatum totum sicut nar
ravimus. deinde aggrega duo labia
vulneris cum sutura et cura ipsum do
nec sanetur. Si vero accidat apostema aperit

incisionē tuā aut fissurā tuā: tē
sedi illud apā cū cerot et eis filīs
et unguētis sedantibȝ. et qnq acc
idit in palpebris q ut ɔuertant
pili eī. Oportet igr ut utamr in ea
eo q dixim de incisione. sed sutu
ra in utrisq ē magis artificialis.
ad iuuatur cum cannis q ad iuuatur
sine cannis ē sm hāc formā. et ē ut cō
uertas palpebram q scindas fissu
ram que est deintus sm q narraui
mus. deinde artefac duas cānas
aut duo ligna subtilia quorū lon
gitudo sit sm longitudinē palpe
bre q latitudo earū sit minor la
titudine spatiunculi. q tu iam inci
sisti in extremitatibȝ utriusq ab u
trisq ptibȝ ubi tenes fila. deinde agg
ga utrāq cū subtilitate sup illd
q superfluit ex palpebra oculi. q stri
nge duas cannas ab utrisq ptibȝ
strictura forti. q dimitte eā aliquot
diebȝ. Cutis ē stricta moriet et
denigrabit q putrefiet donec p se
cadat. Si nō tardatur tē incido eā
cum forficibȝ. deinde cura eā donec
sanetur. Cum igr ɔsolidat eleue
tur palpebra q nō pungunt pili.
et hec est forma duarū cannarū:

quas facies sm hanc figurā et
hanc qntitatē in longitudine et
latitudine: Cap. xii. d eleuati
one pilorū pungentiū in oculo ē acu

Operatio in illo ē. qn ē pilus unus aut duo.
ut accipias acū subtilem q intro
mittas in eā filū ex seta subtile q
lene. deinde aggre extremitatē eius
q nodos utrasq nodo subtili ualde.
et sit longitudo filorū palmus unus.
deinde compone in halchorati fi
lum aliud subtile sub eo in breui.
et nodā extremitates eius si uis. deinde
ponat infirmus caput suū in sinu
tuo. q sit pp solem ut declaret op
ratō qm est opatō subtilis. deinde
intromitte acū cū alixocati in
radicem palpebre. q fac eā pene
trare in palpebra festinanter do
nec extrahas eam desup pilū na
turalē. deinde trahe pilū usq sup
alixocati. q intromitte in alixo
cati illū pilum si ē unus aut duo.
aut tres aut plures. deinde trahe
manū tuā cum eo donec egrediatur
pilus cū alixocati in palpebra cū
pilis natalibus. Si aūt trahitur alixo
cati q nō egrediatur pilus cū ea. tra
hes alixocati ad inferiora cū filo
qd tu posuisti in ea donec egrediat
alixocati ex foramine superiore. q
uideas eam uisibilē oculis. tunc enim
extrahes alixocati q filū. q extrahe
utrāq q claude oculum q dimitte
ipm clausum duobȝ diebȝ aut tri
bȝ donec adhereat pilus loco suo
et nascatur sup ipm caro. Qd si pi
lus est breuis tē aūt socia ei pilū
longū ex pilis natalibȝ q eleua
tur cū eo. aut dimitte ipm donec
elongetur post spatium. q tē eleua
ipm alixocati. i. rugatō uel ɔtracto q
do ɔtrahitur sursum uel ad dex
tram uel ad sinistram. Capit
xiii. de cura alxatrati que accidit

Quando accidit in palpebra superiore.
dit oculo h alxatrati nomina
tur leporina. q hec ē alxatrati aut
naturalis aut accidentalis. Accidentalis
igr fit ex ɔsolidatiōe uulneris aut
sectiōis aut cauterii. q similiū istis. Et
modus operatiōis in ea ē. ut tu fin
das illam ɔsolidationē ut separe
labia eius. q ponas in eo qd ē int
ea licinium ex lino. q liges eam do

nec sanetur. et non oportet ut utaris in curatione eius rebus que exsiccant et constringunt. Nam si tu facis illud redit alcatratti deterius quam fuit. Immo utere in ea rebus que mollificant sicut fenum grecum et embroca cum aqua in qua decocta sunt altea semen lini et unguentum diaquilon quod liquefactum fit cum aliquo ex oleis. et involve cum eo licinium et cura cum eo. et thesaurus curationis tunc est ut coneris omni ingenio ut non consolidetur secundum formam que fuit in primis. et hec quidem operatio quam diximus non est nisi quedam rectificatio alcatratti ut non redeat forma loci secundum quod fuit omnino.

Capitulum .xiiij. de cura alcatratti que accidit in palpebra inferiore.

Hec alcatratti que fit inferius est que vere nominatur alcatratti. et est naturalis et est accidentalis. Accidentalis autem fit ex vulnere aut fixura aut cautio et illis similibus. Et via operationis in ea est. ut accipias acum in qua sit filum duplum et figas eam in carnem et facias eam penetrare a lacrimali sinistro usque ad lacrimale dextrum. donec perveniat filum in duabus extremitatibus carnis. deinde extende carnem ad superiora cum acu et incide eam cum spatumili lato. Si ergo figura redit palpebre secundum quod oportet bonum est. et si non accipe radium et pone ipsum in fixura et coniunge cum eo palpebram et finde duas fissuras in latere inferiore palpebre et sint extremitates duarum fissurarum ex duobus angulis incisionis quam incidisti donec concurrant et fiat ex eis angulus donec quando aggregantur fiat figura earum hec figura et est littera lauda greca. deinde aufert illam carnem per quantitatem que est latus eius acutum inferius ab eo quod sequitur palpebram. deinde aggrega partes separatas. et sue eas cum filo lane. deinde cura eas cum eo quod diximus de medicinis mollificativis et licinius donec sanetur. et si alcatratti accidit ex fissura et sutura aut cautio. tunc oportet ut findas fixuram planam sub pilis palpebrarum etiam secundum quod precessit. deinde separa inter duo labia cum licinio secundum quod diximus. et summa sermonis in cura alcatratti quando est desuper aut inferius est ut currat in eis operatio secundum quod preparatur ex forma alcatratti. Preparatio namque est multum diversificatum in forma. et artifex prudens preparat ingenium cum quocumque modo est possibile ei donec redire faciat figuram ad formam naturalem. aut prope eam. et ipsemet infirmus secundum quod convenit ei ex operatione et instrumentis in plurimis dispositionibus.

Capitulum .xv. de adherentia palpebre oculi cum coniunctiva aut cum cornea.

Quando accidit hec consolidatio multis hominibus ita ut consolidetur palpebra superior cum albedine oculi et prohibeat eam a facilitate motus et prohibeat ipsam ab operationibus suis naturalibus. Oportet ergo ut intromittas extremitatem radij sub palpebra et eleves eam sursum aut extendas eam cum uncino. deinde incide adherentiam cum spatumili subtili quod non sit cum acutate incisionis spatumili. immo sit obtusum parum ut non inquietetur infirmus a propositione et removeatur spatumile et ledat oculum cum acutate sua. et incisio tua sit cum excorias illam adherentiam cum facilitate donec redit palpebra secundum formam suam naturalem et sanatur adherentia tota. Sum

de tuc in oculum aquam salsam cum qua
ablue ipsum. aut distilla in ipsum ex sief
facto ex azumar dissoluto cum aqua.
deinde separa inter palpebram et oculum
cum licinio lini. et pone super oculum
lanam infusam cum albumine ovi.
et post diem tertium utere sief dissoluto
tamdiu donec sanetur.

Capitulum xvi. de incisione ungule et eminentie carnis lacrimalium.

Scias quod ungula est duobus modis. aut
est nervosa et est similis siphac dino sub
tili. aut est non nervosa similis humi
ditati congelate albe. que cum tangis
eam cum ferro aut conaris capere
cum uncino et abscidere non fin
gitur in ea uncinus. et utraque species non
incipiunt nisi a lacrimali maiore
usque vadit paulatim donec cooperit
visum et prohibet lumen et motum oculi.
et modus operandi incisionem eius est
ut ponat infirmus caput suum in
sinu tuo. deinde aperi oculos eius et e
leva palpebram manu tua. deinde col
lige ungulam cum uncino plice
duplicato omnis et extende eam ad su
periora. deinde accipe acum et intromitte
de in ea pilum ex pilis equi aut va
ce vel bovis et filum forte et dupli
ca extremitatem acus parum et fige
eam in medio ungule et penetra e
am cum acu et liga cum filo ungu
lam et extende eam ad superiora. et
excoria cum pilo latus ungule quod
sequitur pupillam ac si tu serres
eam cum pilo usque ad postremum
eius. deinde incide residuum in radice
lacrimali cum spatumile subtili a
ut cum forficibus parvis et dimitte
carnem lacrimalis naturalem ut non
accidat ex incisione eius cursus la
crimarum assiduus et quandoque extendit
ungula cum uncino solo aut cum
filo sicut diximus. deinde excoriatur
cum spatumili leni cuius hec est forma.



et cave ne tangat spatumile tunica
cornealem et accidat in ea ruptura
et perforetur pupilla. deinde post inci
sionem pone in oculum aliquid salis con
triti. aut ex sief facto ex azumar. et di
mitte ipsum usque ad diem alium. deinde
cura ipsum cum eo quod oportet usque sa
netur. Quando vero ungula est nervosa et non
potest intromittere in eam acum. neque fi
gitur in ea uncinus. tunc in istis
curatur hec species ungule cum me
dicinis et sanatur sicut narravimus in
divisione. Quando vero vis incidere eam tunc
api oculum infirmi et accipe spatu
mile subtile leve debilis acuitatis
secundum hanc
formam.

Et rade ungulam desuper rasione cum
subtilitate. Quando vero vides quod iam mundi
ficatur et constringitur et impinguit in
eam rasio tunc distilla ex hora tua in
oculum ex sief facto ex azumar aut sief
rubeo. aut sale trito. et oppila ocu
lum usque ad diem alium. deinde itera
super ipsum operationem donec remove
atur totum eius. nisi contrarium sit tibi
in oculum apostema calidum. tunc dimitte
ipsum et cura apostema donec sanetur. deinde
itera operationem super ipsum cum ra
sione donec sanetur. Eminentia autem
carnis lacrimalis si nocet in oculo
nocumento magno suspendatur cum
uncino et incide ex ea partem eius et non
ultimes in incisione ut accidat cur
sus lacrimarum. deinde distilla in lacri
male sief rubeum aut sief ex a
zumar donec sanetur.

Capitulum xvii. de incisione alguedengi et eius quod nascitur de carne addita in oculo.

Assitatur quinque in quibusdam oculis ho
minum caro rubea composita uel sup
posita donec cooperit pupillam. aut
appinquat aut stringit sup palpe
bras. et fortasse conuertit palpebras ad
exteriora. et assimilatur rose bilaustie.
et operatio in ea est ut ponat infirmus
caput suum in sinu tuo. deinde aperi
oculos eius et collige illam carnem to
tam cum uncinis conuenientibus ad
illud. et tene illud cum forcipe uno a
ut gesti. deinde incide carnem in
primis donec finiatur totum eius cum in
cisorio. et caue ab acie ne ledas ipsum
aput operationem. et sit incisio tua
qua ipsum incidis aut cum spatumi
li quod narrauimus in incisione ungule.
aut cum forficibus paruis cum quibus
colligitur assebel secundum quod ueniet forma
eius post hoc capitulum. Cum igitur com
pletur incisio tua et remouetur tota
alguardenigi. tunc imple oculum ex
sale contrito. aut distilla in eum pul
uerem rubeum et similia illis ex medi
cinis corrosiuis et pone sup oculum
deforis cotum cum albumine oui ut
securetur ab apostemate calido. Quod si rema
net ex alguardenigi aliquid et domina
tur tibi sanguis calidus et times apostema
calidum. tunc dimitte oculum et cura ipsum
cum eo quod sedat apostema. deinde itera
sup ipsum cum operatione donec sanetur.
Et similiter fac cum carne addita que accidit
in oculo ex hac specie. uerumtamen oportet ut
alleuies curationem omnis oculi debi
lis ex uia naturali. aut ex uia acciden
tali operando cum ferro. et non intromit
tas manum tuam in aliqua harum ope
rationum donec uideas quod illud mem
brum est tollerans illam operationem.

Capitulum xviii. de collectione sebel ex oculo.

Sebel est uene rubee que texuntur sup oculum. et prohibent uisum o
perationem suam et debilitat oculum
cum longitudine dierum. Necesse est igitur te
in primis ut consideres. quod si oculus
in quo est sebel est fortis. et non est in eo
egritudo alia preter sebel. igitur tunc collige
sebel eius. et est ut preparas infirmo ut
ponat caput suum in sinu tuo. deinde su
spende illas uenas cum uncino uno
aut duobus secundum prudentiam tuam. et sit
uncinus non subtilis duplationis
secundum hanc
formam.

aut sint duo uncini gradati in cor
pore uno
secundum hanc formam.



Deinde collige cum forficibus subti
libus illas uenas cum subtilitate et ab
sterge sanguinem hora post horam do
nec uideas illas uenas remoueri
ex oculo et resoluuntur. et caue ne le
das oculum cum extremitatibus spatu
milis. et sit operatio tua in meridie
coram sole. et sis firmus in operatione tua
ualde. ut non incidas nisi uenas
illas. Quam cum tu expleueris. tunc distil
la in oculum sief uiride aut rubeum
ut sua acuitate corrodat quod remansit
ex sebel. Si autem non est tibi possibile il
lud totum colligere in illa hora. tunc
emplastra oculum cum eo quod sedat do
lorem oculi. et dimitte ipsum diebus ali
quot donec sedetur dolor eius et securetur
ab apostemate calido. deinde itera super ipsum
secundum hunc modum eundem donec sanetur.
et hec est forma
forficis.

Capitulum xix. de reductione an

Omnium autem medicamentorum ... facti ad nasum ...
ci antrati fistulam quam cum tu cu
ras cum cautio aut cum medicina acuta
comburente secundum quod precessit eius narra
tio. et non sanatur. tunc non est inge
nium in ea. nisi ut findas super apostemate

caput in a̅titatem ei⁹ ⁊ extrahas to
tam humiditate̅ que est in eo. et
pus donec detegatur os. et uides
in eo corruptione̅m aut nigredine̅
tu̅c rade ip̅m cu̅ instr̅o cui⁹ for̅a h̅ e̅



et no̅iatur aspi capitis fiat ex fer
ro indo ⁊ sit caput ei⁹ rotu̅du̅ sicut
az̅ir q̅d sit pu̅ctatum pu̅ctatio̅e
lime aut punctatu̅e alibi. fac
pu̅ctatione subtili ⁊ pone ipsu̅
sup̅ locum corruptu̅ ossis. de inde
reuolue ip̅m inter digitos tuos
et tu p̅me manu̅ tuam parit̅
donec scias q̅ illa corruptio iam
rasa est ⁊ fac illud aliq̅tiens. d̅inde
restaura locum cu̅ medicinis ex
siccatiuis stipticis. Si g̅ consolida
tur locus ⁊ nascitur in eo caro ⁊
absciditur cursus saniei ⁊ rema
net .xl. diebus ⁊ no̅ remoueatu̅
et no̅ ap̅ariatur ⁊ no̅ accidit in eo ac
cidens. t̅c scias q̅ ia̅ sanatus est.
et si no̅ t̅c no̅ e̅ in eo ingenium
nisi reducere fistulam ad fora
men nasi s̅m ha̅c forma̅. ⁊ est
ut detegas ab osse sedo cum fer
ro aut cu̅ medicina acuta ⁊ cu̅
detectum e̅ os tu̅c accipe terebr̅

s̅m ha̅c
formam.
Sit extremitas ferrea t̅angulata
et lignu̅ eius sit piramis extenu
ata usq̅ ad extremitate̅ sic uides.
deı̅n pone illud sup̅ os ip̅m ⁊ sit il
lud p̅pe lacrimale et elonga ma
nu̅ tuam ab oculo parū. deı̅n re
uolue manu̅ tua̅ cu̅ terebro don̅
penetret os et sentiat illud infir
mus p̅ hoc q̅ inueniet ue̅tu̅ exire
ex eo q̅n tenet infirm̅ manu̅ sua̅
sup̅ nasum suu̅. g̅ tu̅c restaura

locum cu̅ medicinis stipticis exsic
cantibus sic̅ docui te. Cum g̅ nascit̅
caro ⁊ induratur locus. t̅c materia
que effundebatur ad exteriora redit
ad nasum. est g̅ leuius illud s̅r infir
mum. Capit̅ lın. xx. de reducti

Quando emi one eminentie ocli.
net oculus cu̅ totalitate sua ⁊ no̅
accıt in uisu nocumentu̅ neq̅ dimi
nutio̅ t̅c oportet ut soluas i̅firmu̅.
deı̅n flobotomes eum p̅ea ponas ue̅
tosas in ceruice absq̅ scarificatio̅e.
et suggere suctione forti. deı̅n pone
sup̅ oculum linimentu̅ q̅ fit ex aca
tia ⁊ aloe ⁊ olibano ⁊ sarcocolla. de
inde stringe oculu̅ desup̅ ⁊ empl̅a
cum puluillis multis ⁊ modus pul
uillo⁊ est ut accipias pannos leue̅
multos ⁊ duplicetur o̅is pannus
ex eis supra quatuor. fac ex eis mul
tos. deı̅n pone eos unu̅ s̅r aliu̅ s̅m
q̅ntitatem qua indiget oculus. de
inde stringe sup̅ ip̅os cu̅ p̅ino du
ro s̅r strictura forti ⁊ itera uetosas
cum suctione sine scarificatio̅e. deı̅n
aufert uentosas cu̅ suctio̅e sin̅ scari
ficatio̅e ⁊ dimitte oculu̅ strictu̅ die
⁊ nocte. Si a̅t ligamentum ita̅ mol
lificetur t̅c oportet ut stringat̅ mul
tum. deı̅n aufers ligamentu̅ post
diem ⁊ nocte̅ sicut diximus. Si ig̅
uides oculum iam redisse e̅ bonu̅.
et si no̅ t̅c itera emplm̅ ⁊ puluillo̅
⁊ stricturā ⁊ uetosas donec sanet̅.
Capit̅ lin. xxi. de incisio̅e uue .i. u

Quandoq̅ accidit dis uee tunice
ruptio in tunica uuea. deinde emi
net ⁊ p̅cedit extra palpebras sicut
granu̅ uue ⁊ fedatur for̅a hoı̅s p̅p̅
illud ⁊ uis incidere illud t̅c operatio
in eo est s̅m q̅ narro ⁊ e̅ ut intromit
tas acum in radice̅ uue ab inferi
iori ad superiorem p̅tem. deı̅n in

et dimitte aquā aliā in qua sit filū
duplum a parte lacrimali et fac
eam penetrare. et dimitte aquā pr̄
sēm dispositionē suā. deinde incide
locum fili dupli et liga cū eo pte
uue incarnatu aquis et stringe eā
multū. deinde extrahe acum et po
ne sup oculū lanā infusam ī al
bugine oui. et dimitte eū donec ca
dat filum cū uua. deinde cura ocu
lum cum eo qđ confortat ipm̄ do
nec sanetur uulnus. et qñ stringit
uua ab omi pte cū catulo ex pan
no donec cadit oculus eminētiā
magnā. deinde pforetur cum spatu
mili subtili q̄ pueniat ad pfun
dum oculi et currat humiditas al
buginea et descendat oculus et in
grediatur statim. deinde stringe
eum donec sanetur.

Cap. xxij. de curatiōe alcomati.

Hec egritudo que nominatur alcō
mati nō ē nisi sanies que agrega
tur in oclō similis aque descēdēti
et nō est ipā. et modus opinionis mee est
ut facias sedere infirmū sup se
dem pparatum uł directū. deinde
accipe caput eius manibus tuis aper
tis duabus et moue ipsum donec uide
as saniem puenire ad inferiora
oculis tuis. deinde figatur et non
descendat et absoluatur lumē et ui
deat infirmus res sic uidebat. et
si nō descendit inferius scias quia ē
aqua. si aūt nō pparatur descensui
saniei cū eo q̄ diximus. tunc facies sedē
infirmū inter manus tuas. deinde ac
cipe spatumile subtile et finde cū
eo sup pāniculū corneū parump
aput cōtinuatōe; cōiūctiue cū tu
nica cornea in corona donec egredi
atur sanies. Cum ergo egreditur tūc
distilla in oculū aquā calidā; in
qua miscuisti mel aut aquā in qua
buluisti fenugrecum et mel. deinde cu
retur cum reliqua curatiōe donec sa
netur.

Capitulum. xxiij. de curatiōe aque descēdentis in oculum.

Jam diximus species aque in diuisione et que cōue
nit ad pforandū sermonē declaran
te expositionē rei. tūc accipe illud in
sēm sanitatē. tūc ergo oportet ut facia
as sedere infirmū inter manus tuas
quadratū oppositū lumini pp̄ so
lem. et liga oculū eius sanū et stringe
eum ualde. deinde palpebras oculi
eius manu tua sinistra. si oculus in
quo ē aqua est oculus sinister. aut
manu tua dextra si ē oculus dexter.
deinde accipe manu tua dextra al
magda si oculus ē sinister. aut ma
nu tua sinistra si oculus est dexter.
deinde pone extremitatē almag
da pp̄ coronam p grossitudinē ra
dij in ipā albedine oculi a parte la
crimalis minoris. deinde impelle
almagda cū uirtute. et tu reuolues
cū eo manū tuā donec penetres in
albuginē oculi. et sentias quod al
magda iam peruenit ad rem uacuā.
et oportet ut sit mēsura itineris
almagda ad pfundū mēsura spa
tij q̄ ē a pupilla usq; ad finem in
gredimus et ē corona oculi. uidebis
enim os in pupilla ipā uisiōe oculi
pp̄ claritatē tunice cornee. deinde
pone almagda usq; ad locum in
quo ē aqua. deinde preme ipsum inferius
uice una post aliā. si ergo descēdit aquā
statim tūc infirmus uidet illud sup
qđ aperit uisū suū statim et almag
da in oclō suo deinde quiescat pau
lulum. si ergo ascendit aqua tunc
depone eam sō post qđ egrediatur
almagda. Quod si ergo figitur et nō ascen
dit tūc extrahe almagda cum faci

uitate 7 tu reuelues cũ eo manum tuã paulatĩ. deĩn dissolue ĩ aqua aliqd' ex sale claro gẽme. et ablue cum eo oculum deint'. deĩn poñe ex' oculũ totũ stupã aut lanã infusã oleo ro. 7 albumine oui. 7 liga cũ eo oculum sanũ. Nos aũt et illi qui fũ nr̃i tp̃is ponim' sup eum a minum tritũ cum albugĩe oui. Q' si nõ obedit tibi almagdi ad introitũ in oculũ pp' duritiẽ suã qm̃ ex hoĩbz ẽ cuius oclũ ẽ durus ualde. tũc oportet ut accipias spatumile qd' nominat' albereid cui'

h' est for'. pfora g' cum eo ipsũ. conuinctũ tũ. et nõ ultimes manũ tuã in foramine. et nõ est n' ut facias iuam̃ ad almagda locum subtilem. deĩn intromitte almagda s'm q' diximus. et ap' complemẽtũ op'is tui ꝓparetur infirmo dormitoriũ decent' ſc̃m in quo dormiat s'r dorsũ suũ in domo tenebrosa. 7 ꝓhibeat' ab omĩbz motibz 7 a tussi. 7 poñe cabũ cius illd' in quo leuitur natũ cũ. et nõ moueat cap' suũ dextra neqz sinistra oĩo. 7 sit ligamentum s'm dispositionẽ suã usqz ad diẽ t'tiũ. deinde solue illd' in illa domo tenebrosa et experire uisum ei'. et fac eum uidere res. deinde reduce ligamentũ usqz ad diẽ septimũ. 7 nõ oportet ut facias illd' in hora curãtionis aut post curationẽ statim. imo oportet ut allevies illd' ꝓpt' q' aqua ascendit uelocit' p aspectum uehementem. Si aũt accidat apã calidũ tũc oportet ut soluas oclm an' septimũ diẽ. 7 rectifica illd' cũ eo q' sedat apã donec qm̃ sedat'. tũc absolue uisum ei'. 7 pone s'r faciẽ

ei' cezale quo tegatur uisus sub eo eius diebz aliquot ip̃o existẽte in ulla domo tenebrosa. deĩn egrediatũ a domo gradatim 7 conũtet' in cãs' suis. et scias qd' in alcatheca nõ excusatur disciplĩe a uisiõe aliquotiẽ. tũc eni audeat sup opationẽ. nam qdem ꝑuenit ad nos quidã ex illis qui sũt de alayrach qͥ dixit q' factum fuit in alayrach magdaham ꝑforatum quo sugg'itur aqua. verũtñ ego nõ uidi aliquẽ in t'ra nr̃a qui fecerit illd'. neqz legi illd' in aliquo ex libris antiquoꝝ. et ẽ possibile ut sit illd' nouũ. 7 iste sũt forme sp̃eꝝ ex magda ut stet sup ea



qui ignorat ea. Forme magdi p'dc'. fiant ex ere. ꝓp' 7 sit extremitate' eaꝝ cum hac subtilitate eadẽ triangulata extremitas acuta.

Capitl'm xxxiij. de cura carnis nascentis in naso.

Quando nascunt' in naso carnes diũse. adõnec ex qbz est aliqd' qd' assimulat' scorpioni multoꝝ pedum ex ea ẽ caro cancrosa lapidea fusci coloris. et ex ea est que est caro lenis nõ fusci coloris. In ea g' que ex istis carnib' est lenis 7 nõ fraudulẽta neqz cancerosa. Oportet ut facias sedere infirmũ int' manus tuas oppositum soli. 7 aperi nares ei' 7 pice uncinũ in illas carnes. deĩn trahe eas ad exteriora. deinde incide q' comp̄hendisti in eis cũ spatumili subtili acuto a parte una donec scias q' caro tota inde ablata ẽ. Q'

si remanet ex ea aliqd cui abscisio
nō est possibilis. tunc rade illud cū
uno instrōz subtiliū cū facilitate
donec nō remaneat ex eo aliquid.
Si aūt pruatur t̄ sanguis aut acci
dit apā calid᷒. tunc oppone ei p̄io
qd oportet. aut ē ex apostematib᷒
malignis tūc ppera et cautiça ip̄
donec abscidatur sanguis 7 aufe
rantur omēs carnes. deiñ picat
in nasum pt̄ incisionē acetum 7
aqua aut uinū. Si aūt aperiatur
nasus 7 pcedit ex eo humiditas us
ad palatum tūc scias q: iā sanu ē.
Si uō nō penetrat humiditas s̄m
q' oportet tūc scias q: int̄ ipsū est
caro nata in supiorib᷒ ossib᷒ nār
ad que nō puenit cū incisione in
strumētum. tūc ig̃ oportet qd itro
mittas filum lini cū sit quedā
grossitudo 7 noda in eo nodos mlt
tos. et pone int̄ omnē nodū quan
titatem digiti aut min᷒ 7 ingeni
et infirm᷒ ut mittat extremitatē
fili unā in nasū cū radio. aut cū
quo possibile est ei. p̄tq̄ fecit ipm
simile ager: et trahat odoratū suū
donec pueniat ad nasum et egre
diatur sup guttur suū. 7 in locti
ens quidem faciūt simile huic
actōni pueri in scol᷒ 7 ē res facilis
ei qui uult. deinde pone duā extre
mitates fili extremitatē unā que
egreditur sup nasum 7 altā que
remāsit in naso. deinde annue
seratur. tn carnis cū nodis q̄ sūt
in filo. fac illud donec scias qd car
nes iam sūt cū nodis fili. deinde
extrahe filū et pone in nasū pt̄
abstersionē sanguinis licinium
q' imbibisti in unguēto egyptō
fac illud tribus dieb᷒ aut pl᷒ donec
unguētum corrodat totum qd re

mansit ex carnib᷒. deiñ pone i fine
rei in nasū cānulā de plūbo dieb᷒
aliquot donec sanetur. Si aūt indi
get curatē q̄ exsiccet utē illa. 7 hec
est forma instrumenti ad
caput pungui faciendū:

cum quo distillent olea 7 medicīe
in nasum. fac ex argento aut ere
re qd sit simile lampadi parue
aptum sić coclea 7 meat᷒ ei᷒ similit
et si uis fac cānulā clausam sicut
cāna 7 coclea instrī ad caput pungui
faciendū. sit plana directa cui sit
manubriū in postremo ei᷒ cū quo
teneas ipm qn calefacis in ea ole
um. aut qd uis ex sucis 7 reb᷒ flui
bilib᷒. Cap᷒ xxi᷒ de thelul na
tis in extremitate nasi.

Multociens nascitur in extremitate
nasi thelul 7 magnificat᷒ 7 augme
tatur cū dieb᷒ donec fedus sit aspec
tus ei᷒. et ppē illud oportet ut incidas
illud in principio apparitiōis ei᷒ et
eradices totum ei᷒. deiñ pone sr̄ locū
aut cauterium aut medicinā cōbu
rentem que stat loco ei᷒. Si g̃ tardat
tur incisio ei᷒ donec magnificet᷒ tc
cōsidera si ē lapideū durū fusci co
loris. pauci sensus. tc nō tāgas ipm
cum ferro. qm apā cancrosum est.
Multociēs enī qui incisit apā hui᷒
modi 7 accidit ex eo malicia mag᷒ sup
illū infirmū quā ip̄ habebat. Et si
apā est lenis tactus nō fusci colorī
et uides qd incisio p̄sibil᷒ ē i toto
ipius. tūc euacua infirmū 7 incid
ipm sine timore 7 absq: pauore 7
cura locum cū eo q' exsiccat 7 stri
git donec sanetur. Cap᷒ xxii᷒ d
sutura nasi 7 labij 7 aurī qn sol
unt᷒ cōtinuatōa uulnē aut silib᷒ ill᷒.

Scias quia qn accidit solū cōtinui
tatis in una harum cartillaginum

paruum confert in ea operatio nisi in quibusdam hominibus. Oportet igitur quando accidit aliquid ex illo ut consideres si est uulnus recens cum sanguine suo et tunc aggrega duo labia uulneris cum sutura. deinde cura ipsum donec sanetur. et si solutione continuitatis labia iam separata sunt et factum est unumquodque per se sana. tunc oportet ut excories omnem partem a cute sua apparentem donec sanguinetur. deinde aggrega duo labia cum sutura et stringe ea et puluerizea super ea sanguinem draconis et olibanum contrita et pone super pulueres frustrum emplastri diasinicon et alicuius alterius ex emplastris consolidatiuis. et dimitte ipsum ligatum duobus diebus aut tribus. deinde solue ipsum et permuta medicinam. et dimitte ipsum donec abscidantur fila per se. deinde cura ipsum cum unguento donec sanetur. Modus autem suture est ut aggreges solutionem continuitatis cum filo aut cum acubus sicut narrauimus in sutura uentris. aut aggrega solutionem cum filo sicut fecit te scire.

Capitulum xxvii. de extractione nodorum qui accidunt duobus labiis.

Nodositas que hominibus plerumque accidunt in interioribus labiorum suorum apostemata dura similia granis herbi. et quedam eorum sunt maiora et minora. Quare oportet ut conuertas labium et findas super omnem nodum eius et suspendas eum cum uncino et incidas ipsum ab omni parte. deinde impleas locum post incisionem cum uitriolo trito donec abscidatur sanguis. deinde colluatur cum aceto et curetur locus cum eo in quo est stipticitas usque quo sanentur uulnera.

Capitulum xxviii. de incisione carnis addite in gingiua.

Multotiens accidit super gingiuam caro addita quam antiqui nominauerunt abulus. Oportet igitur ut suspendas eam cum uncino aut teneas eam cum forficibus et incidas eam apud radicem suam et dimittas saniem currere aut sanguinem. deinde pone super locum uitriolum tritum aut alios pulueres stipticos exsiccatiuos. Quod si redit illa caro post curationem, nam multotiens redit, tunc incide eam secundo et cauteriza ipsum. Ipsa namque non redit post cauterium.

Capitulum xxix. de rasione dentium cum ferro.

Quandoque aggregantur in superficiebus dentium ab interiori parte et exteriori et inter gingiuas cortices asperi turpes et quandoque denigrantur et citrini fiunt et uirides donec perueniat ex illo corruptio ad gingiuas et fedi fiunt dentes propter illud. Oportet igitur ut facias sedere infirmum inter manus tuas et caput eius in sinu tuo et rade molarem et dentem in quo apparent tibi cortices et res similis arene donec non remaneat ex eis aliquid. et similiter fac de nigredine et uiriditate et citrinitate et aliis donec mundentur. Si igitur auferatur quod in eis est a principio rasionis bonum est. et si non tunc itera super eos rasionem die alio secundo et tertio donec ad ultimum peruenias studium in eo quod uis. et scias quod dens indiget rasoriis diuersarum formarum multarum figurarum secundum quod operationi preparantur tue. propterea quod rasorium quo raditur dens ab interiori parte est aliud a rasorio quo raditur inter dentes secundum formas aliorum. et iste forme rasoriorum sunt apud te presentes.



Capitulum .xxx. de eradicatione dentium.

Oportet ut cures dentem a dolore suo cum omni ingenio et tardes in eradicatione eius. Non enim est quod vicem eius suppleat quando eradicatur, quoniam est substantia sublimis. donec quando non est excusatio de eradicatione eius. tunc oportet quando cogitur infirmus eradicare ipsum ut firmetur et certificetur apud te dens dolens. Multotiens decipit infirmum dolor et putat quod est in dente sano et eradicat ipsum. deinde non recedit dolor donec eradicatur dens infirmus. Nos enim iam vidimus illud ex operatione flobothamie. Cum igitur certificetur apud te dens dolens ipse met te oportet ut scarifices in circuitu dentis cum spatumili in quo sit quoddam virtutis donec solvatur gingiva ab omni parte. deinde move ipsum digitis tuis aut cum forcipibus subtilibus in primis paulatim donec concuties ipsum. deinde loca tunc medio forcipes magnos locatione bona et caput infirmi inter genua tua quod iam bene tenuisti ita quod non moveatur. deinde trahe dentem secundum rectitudinem ut non frangas ipsum. Si igitur non egreditur tunc accipe aliquod istorum instrumentorum et intromitte ipsum sub eo ab omni parte cum facilitate et conare motionem eius sicut fecisti in primis. Si autem dens est perforatus aut corrosus tunc oportet ut impleas illud foramen panno et stringas ipsum cum extremitate radii subtilis ut non frangatur in hora constrictionis tue secundum ipsum cum forcipibus. et oportet ut exquisite agatur cum scarificatione in circuitu gingive ab omni parte multum et custodi fortitudinem tuam ut non frangas ipsum et remaneat pars eius et redeat super infirmum ex eius malitia que sit maior dolore eius primo. et cave ne facias illud quod ignorantes faciunt flobothomatores in festinatione sua et audatia ipsorum secundum eradicationem eius post quod administratur illud quod narravimus. Multotiens enim faciunt evenire super homines infirmitates magnas quarum difficiliores sunt ut frangantur et remaneant radices eius omnes aut quedam earum. aut ut extrahant ipsum cum quibusdam ossibus mandibule sicut multotiens testificati sumus illud. deinde colluatur post eradicationem eius cum vino aut cum aceto et sale. Et si accidat fluxus sanguinis ex loco, multotiens enim accidit, igitur tere tunc aliquid ex gogiet (?) et imple cum eo locum et si non tunc cauteriza ipsum si non confert tibi aggregatio. Forma forcipum subtilium quibus movetur dens in primis sit longarum extremitatum brevis manubrii grossi ut non duplicentur quando cum eis supponitur dentem. Sint sicut vides grossorum manubriorum donec quando stringis cum eis non tendentur in se ipsis neque duplicentur brevium extremitatum et sint ex ferro indico aut ex calibe decentis facti directarum extremitatum et in earum extremitatibus sunt dentes quorum quidam ingrediuntur in quosdam et stringant constrictione decenti forti et quandoque fiunt



extremitates sicut forma oris avis que nominatur ciconia et est forti constrictionis.

Capitulum xxxi. de eradicatione dentium et extractione ossium mandibularum fractarum.

Quando remanet apud eradicationem dentis qui frangitur aliquid, tunc oportet ut ponas super locum cotum cum butiro die uno aut duobus diebus donec mollificetur locus. deinde intromitte ad illud algefti. aut forcipes quarum extremitates assimilantur ori avis que nominatur ciconia. forma forcipum.

Sunt extremitates quarum forma sicut lima deintus. aut sicut alluffi albegi. Si ergo non obedit tibi adeptio cum istis forcipibus tunc oportet ut elucias super radicem et detegas totam carnem et intromittas instrumentum quod nominatur atalli parva cuius forma hec est.



Sit brevis extremitatis grosse parum et non sit imbibitum ut non frangatur. Si ergo egreditur radix per illud est bonum. et si non iuvare est instrumentis aliis quorum forme sunt iste. forma prima triangulate extremitatis in qua est quedam grossitudo.

Forma triangulata subtilis.

Et iam iuvatur etiam cum hoc instrumento habente duos ramos cuius hec est forma.

et cum aliis ex instrumentis et ferramentis que precesserunt in rasione dentium. et iam fit iuvamentum cum hoc instrumento quod assimilatur unciano magno cuius

hec est forma triangulate extremi



tatis torte in qua est quedam grossitudinis ut non frangatur et sit non imbibitum. Et scias quod instrumenta dentium sunt multa. et similiter reliqua instrumenta non computantur. et artifex prudens subtilis in arte sua invenit per se ipsum instrumentum secundum illud quod significant ei operatio et egritudines ipse. Quoniam quedam ex egritudinibus antiquis non dixerunt antiqui instrumentum propter diversitatem specierum harum. Si autem frangitur os ex mandibula aut ex aliis ossibus oris ut putrefit. tunc perscrutare super ipsum in loco suo cum eo quod convenit ei ex instrumentis et forcipibus que diximus in extractione radicum. et iuvare cum gesti cuius forma hec est.

Sit in eo quedam grossitudinis paulatim. ut stringat vel teneat cum eo os. et non evadat vel fugiat donec egrediatur os. et restauretur locus cum medicinis convenientibus ad illud. Si autem in osse est putredo parva. tunc rade ipsum a putredine sua. et sua nigredine et cura ipsum donec sanetur.

Capitulum xxxii. de serratione dentium eminentium super alios.

Quando dentes nascuntur non secundum cursum suum naturalem fedatur sic per illud forma eius et precipue quando accidit illud in mulieribus puellis scilicet iuvenalibus. Oportet ergo ut consideres. Nam si dens est natus post dentem alium et non locatur eius serratura neque limatio ipsius. tunc eradica ipsum et si est annexus cum dente alio. et est simile rostro parvo. tunc incide ipsum cum isto instrumento cuius forma hec est.

et sit incisio ex ferro indo acute
extremitatis valde. et sit incisio eius
qua ipsum incidis in diebus multis
propter duritiem dentis et ut non commo
veatur aliquis ex dentibus. Si autem est
eminens expositus limatione sue
de lima ipsum cum lima ex indo cuius

forma est
hec.
Sit totum ex indo et manubrium eius
minutorum punctorum valde sicut lima
cum qua fiunt acus cum quibus limentur dentes
paulatim in diebus multis cum facili
tate ut non commoveatur dens et ca
dat. deinde leni ipsum in fine et rade
ipsum cum quibusdam rasoriis. Quod si est
dens ex quo frangatur pars et le
dit linguam tunc oportet ut limes e
um quousque auferatur asperitas il
lius fractionis et equetur et planetur.
et non ledat linguam neque corrumpat
sermonem.

Capitulum xxxiij. de
extractione dentium motorum cum filo auri
vel argenti.

Quando accidit dentibus an
terioribus concussio et commotio a percus
sione aut a casu et non potest infirmus
stringere super illud quod comedit ut
non cadat. et curasti eos cum medi
cinis stipticis et non valuit curatio.
tunc ingenium in eis est ut stringantur
cum filo auri. quoniam argentum fit in
nigre et putrefit post dies mensis.
sed aurum non mutatur. et sit filum
medium in subtilitate et grossicie secundum
quantitatem quod capiat inter dentes.
et forma quidem retationis est ut acci
pias filum et intromittas duplum
eius inter duos dentes sanos. deinde
texeas cum duabus extremitatibus fili
inter dentes motos unus sit aut plures
donec pervenias cum tela usque ad den
tem sanum alterius partis. deinde itera
texturam usque ad partem a qua ince
pisti. et stringe manum tuam cum subtili
tate et sapientia donec non moveatur pror
sus et sit constrictio tua quando stringis filum
apud radices dentium ut non evadat.
deinde incide extremitates fili super
fluentes cum forficibus. et aggrega utras
que et converte eas cum gesti. et occulta
ipsas inter dentem sanum et dentem mo
tum ut non ledas linguam. deinde di
mittatur ita strictum dum remanet.
Si autem ita solvitur aut incidit stri
nge eos cum filo alio et stabit ille fixus
cum eo toto tempore toto. et hec est forma
dentium.

et figura
retationis duorum dentium sanorum et du
orum dentium motorum sicut vides. et quando
fit ut recedat dens unus aut duo post
casum utriusque in locis suis et reten
tur sicut narravimus et remaneant.
et non facit illud nisi artifex prudens
patiens. et quandoque aptatur aliquid ex ossi
bus vaccinis et fit ex eo sicut forma dentis
et ponitur in loco ex quo minuitur dens
et stringitur sicut diximus et remanet et
servatur cum eo tempore longo.

Capitulum xxxiiij. de incisione ligamenti quod
accidit sub lingua et prohibet loquelam.

Quandoque est hoc ligamentum quod ac
cidit sub lingua aut naturale quo
nascitur homo aut accidentaliter a vul
nere quod iam consolidatum est et opera
tio in eo est ut aperias os infirmi et
capite eius in sinu tuo et eleva lin
guam eius. deinde incide illud liga
mentum nervosum per latitudinem
donec solvatur lingua a retentione
sua. Quod si in eo fuerit aliquod durici
ei et nodationis et fuerit illud ex conso
lidatione vulneris. tunc pone in illud
uncinum et finde illud per latitudinem
donec incidas ligamentum et solvatur
nodatio. et cave ne sit fissura in

profundo carnis. et incidas arteriam
illic et accidat fluxus sanguinis. de
inde colluatur in vestigio incisio
nis cum aqua rosacea. aut cum ace
to aut aqua frigida. deinde pone sub
lingua licinium ex lino quod teneat
infirmus in omni nocte ut non con
solidetur sedes. Si autem accidat fluxus
sanguinis tunc pone super locum coagu
litum. Si vero vincat te sanguis
tunc cauterizza locum cum cautio lenti
ginoso quod convenit ad illud. deinde
cura ipsum cum reliqua curatione do
nec sanetur. Capitulum xxxv. de ex
tractione ranule generate sub lingua.

Quandoque accidit sub lingua apostema
quod assimulatur rane parve. prohi
bens linguam ab operatione sua naturali.
et fortasse magnificatur adeo do
nec implet os. et operatio in eo est
ut aperias os infirmi coram sole
et considera apostema. Si igitur vides ipsum
fusci coloris aut nigri durum cum
non invenit infirmus sensum. tunc
non tangas ipsum quoniam est cancer. et si
ne declive ad albedinem in quo est
humiditas. tunc proice in ipsum un
cinum et scinde ipsum cum spatumi
li subtili et leva ipsum ab omni parte.
Quod si vincat te sanguis in hora tue
operationis. tunc pone super ipsum coagu
litum donec abscidatur sanguis. de
inde redi ad operationem tuam donec
extrahas ipsum cum complemento eius.
deinde colluatur cum aceto et sale
et cura ipsum reliqua curatione con
venienti ad illud donec sanetur.

Capitulum xxxvi. de curatione apostematis dura
rum amigdalarum et eius quod nascitur in guttu
re et reliquorum apostematum.

Quandoque accidunt in gutture glandule que
assimulantur algadad que accidunt
deforis et nominantur due amigda
le. quas quando curas cum eo quod diximus in
divisione et non sanantur. tunc considera.
Si igitur est apostema durum fusci coloris parvi
cum sensus. tunc non tangas ipsum cum ferro.
et si est rubei coloris et radix eius est
grossa tunc non tangas ipsum cum fer
ro timens fluxum sanguinis. immo
dimitte ipsum donec maturetur. et tunc
aut tu perforabis ipsum aut rumpetur
per se. et si est albi coloris rotundum
et est radix eius subtilis. tunc hec est illud
quod oportet incidi. et operatio in ipso est
ut consideres ante operationem tuam si quie
verit apostema eius cum illud quiete
completa. aut minuitur quadam
diminutione. tunc igitur fac sedere infirmum
coram sole et caput eius sit in sinu tuo
et aperi os eius et accipiat servus inter
manus tuas et premat linguam
eius inferius cum instrumento cuius hec est for
ma. fiat ex argento aut



ere quod sit subtile sicut
cultellus. Cum igitur premis cum eo lin
guam et ostendit tibi apostema et cadit
super ipsum visus tuus. tunc accipe un
cinum et fige ipsum in amigdalam
et extrahe eam ad exteriora quantum po
tes. praeter quod trahas cum ea aliquid ex
tunicis. deinde incide eam cum in
strumento cuius hec est forma. et assimu

latur forficibus. verumtamen extremi
tates eius sunt curvate ita quod acumina
cuiusque earum est in directo alterius. acute
valde quod sit ex ferro indo. aut al
fuleci imbibiti. Si autem non est presens
hoc instrumentum tunc incide ipsum cum spa
tumili cuius hec est forma.



Sit acutum a parte una non acutum a par
te altera. et postquam incidis amigdalam

una incide alteram secundum latitudinem eandem
speciem diuisionis. deinde post incisionem
gargarizet infirmus cum aqua fri
gida aut cum aceto et aqua. Si autem ac
ciderit ei fluxus sanguinis gargari
zet cum aqua in qua bullite sunt
cortices granatorum aut folia mir
ti et similia illis ex stipticis donec ab
scindatur fluxus sanguinis. deinde cu
ra ipsum donec sanetur. Et quandoque na
scuntur in gutture alia apostemata pre
ter duas amigdalas. Incide ergo ea
secundum quod dixi in incisione duarum amig
dalarum equaliter. Et ego iam quidem
medicatus fui mulierem ex apostemate
quod natum erat in gutture eius scilicet apostema
quod trahebat ad fuscedinem parui
sensus quod iam fere clauserat guttur.
et mulier respirabat anhelitu stric
to. et iam prohibuerat ei comestio
nem et potum aque et iam preuene
rat ad mortem si remansisset uno die
aut duobus diebus. et apostema iam tantum
ascenderat quod emiserat duos ramos
donec exierant super duo foramina na
si. Properaui igitur festinanter et fixi
in unum eorum uncinum deinde traxi
ipsum. et tracta est ex eo particula magna
deinde abscidi eam ubi comprehen
di ex foramine nasi. deinde feci illud
ei quod precessit ex foramine nasi
altero. deinde aperui os eius et pressi lin
guam eius. postea fixi uncinum in ipsum
apostema. deinde abscidi ex eo partem eius.
et non cucurrit ex eo nisi sanguis par
uus. absolutum est ergo guttur mu
lieris. et incepit statim bibere aquam
deinde accepit ex cibo. non ergo cessa
ui incidere ex illo apostemate multoci
ens tempore longo. et apostema succedebat lo
co eius quod incidebam donec prolon
gatum est mecum et cum eo illud. Inge
niaui igitur et cauterizaui apostema intra gu

tur. Stetit ergo ab additione deambu
laui apte et nesciui quid fecit deus
cum ea post me. Capitulum xxx
vij. de incisione uuule que no
minatur uua.

Quando descendit catarrus ad uuulam et apostematur et
est longa. tunc ipsa nominatur perpendi
cularis. et si est in inferiori parte cras
sa rotunda tunc ipsa nominatur uua. Si
curatur cum eo quod diximus in diuisio
ne et non confert curatio. et uides quod apostema
callidum iam quieuit ab ea et est subtilis.
tunc oportet ut incidas eam et que est
ex ea aggregata rotunda et non est ei lon
gitudo et est sanguinea aut fusci
coloris aut nigri coloris et non est
ei sensus. tunc oportet ut deuites in
cisionem eius. In ea enim est timor super in
firmum. Oportet ergo quando uides eam secundum
modum quem dixi ex albedine et in lon
gitudine sua ut facias sedere infir
mum coram sole et premas linguam
eius cum instrumento cuius precessit narratio.
deinde fige uncinum in uuam et trahe
eam inferius. et incide eam cum uno
duorum instrumentorum que dixi in incisione
duarum amigdalarum. Et oportet ut
non incidas ex ea nisi illud quod additum
super terminum naturalem sine additione. nam
si tu incideris ex ea plus ledes uocem
et sermonem. deinde post incisionem utere
eo quod narrauimus in incisione duarum
amigdalarum et cura eam donec sanetur.
Si autem terretur infirmus ab incisione tunc
oportet ut utaris ingenio in cau
terizatione eius absque timore et pauo
re. et modus cauterii in ea non est nisi cum
aqua acuta. et est ut ponas caput in
firmi in sinu tuo. deinde preme lin
guam eius cum instrumento quod diximus. deinde
accipe ex aqua quam dixi tibi in capitu
lo cauterizandi et conficie cum eo calcem
non extinctam. et pone eam non spis

tamen neque subtilem, et imple extremitatem concavitatem huius instrumenti cuius hec est forma.



Sit extremitas eius in qua ponitur medicina concavitas sicut concavitas coclearis radii. Et pone instrumentum cum medicina super uvulam ipsam, et infirmus sit iacens super latus suum ut currat saliva ex ore eius extrinseca medicina, ut non descendat ex ea ad guttur aliquid ipsius et ledat ipsum. Deinde tene manum tuam cum medicina et tu exprimens cum super uvulam ipsam quantitate medietatis hore donec videas eam iam denigratam et sedatam mordicationem medicine. Et si vis accipias cotum et involvas ipsum super extremitatem radii, et facias cotum in medicina et intromittas radium cum coto in cannulam desuper donec adhereat cotum super uvulam, et fac illud multotiens donec consequens illud quod vis de cauterizatione. Tunc deinde dimitte eam. Ipsa namque arescet et cadet post tres dies aut quatuor. Quod si indiges ut iteres medicinam itera ipsam, et post cauterizationem abstergere in circuitu uvule cum coto imbibito in butiro et mundifica cum eo quod est in circuitu eius ex medicina, et colluatur cum aqua frigida, et curetur extrinsecus cum embrocis et deintus cum gargarismis donec sanetur. Hec ergo species curationis est salvior incisione et longinquior a timore. Et quandoque curatur uvula cum eo quod subtilius est quam cauterium et incisio, scilicet curatur cum suffumigatione secundum hunc modum. Sume calamentum et ysopum et origanum et rutam et sticados et camomillam et aptaniam et folia eius et herbis, et aggrega ea omnia aut quedam eorum in olla, et submergantur cum aceto et bulliant, et olla sit lutata cum luto decenter, et sit in medio eius foramen super quod componatur instrumentum concavum secundum hunc modum.

Fiat ex argento aut ex ere, et intromittatur extremitas in qua est gimatum in os infirmi donec ascendat vapor ad uvulam secundum cannulam donec obfumiget uvula multum. Deinde itera super ipsum multotiens donec arescat. Et cave ne facias hanc curationem in principio donec tuis apostematio propinque advenit in apostemate, et non oportet ut facias illud nisi apud declinationem apostematis eius calidi. Si autem non est presens tibi hoc instrumentum, tunc accipe cannam et compone in extremitate eius corticem ovi ut non comburatur os infirmi, quoniam cortex ovi prohibet vaporem comburere os. Et hec est ex bona curatione cum salute.

Capitulum xxxviii. De extractione spinarum et eius quod adheret in gutture ex aliis.

Multotiens adheret in gutture os aut spina piscis aut aliud. Oportet ergo ut extrahas quod ex eis est apparens super quod cadit visus postquam premis linguam cum instrumento apud solem ut declaretur tibi quod est in gutture. Et quod non apparet tibi et occultatur in gutture, oportet ut facias vomere infirmum antequam digeratur cibus in stomacho. Fortasse enim egredietur res adherens per vomitum. Aut deglutiat infirmus frustrum napi aut radicem lactuce, aut deglutiat bucellam panis sicci, aut accipiat frustrum spongie marine siccum lenis et liga ipsum in filo, deinde deglutiat ipsum. Cum ergo pervenerit ad locum in quo sunt spine aut os, extrahitur et egreditur. Si ergo non egreditur cum eo quod diximus, tunc utere instrumento ex plumbo secundum hanc formam.



Sit grossius quam radius parum per
et in extremitate eius sit cavitas que
intromittat in guttur suum cum ti
ciditate. et ipse habeat caput suum eleva
tum sursum et caveat a tactu sue epi
glotis ut non accidat ei tussis. et im
pellat cum eo os aut spinam. aut in
tromittat ipsum medicus manu sua.
verum quod infirmus intromittat est me
lius quoniam ipse scit ipsum suam de loco rei anne
xe. et impellat inferius. aut extrahat ma
nu sua cum instrumento sursum. totum illud
secundum quantitatem que preparatur ei donec
egrediatur. Capitulum. xxxix. de
extractione sanguisuge annexe in

Quando medicatur sanguisuga in gutture. san
guisuga cum eo quod dixi in divisione
curationis et cum medicinis et non con
fert. tunc considera tunc in gutture infir
mi apud solem postquam tu premis linguam
eius cum instrumento quod narravi est. Si igitur
cadit visus super sanguisugam ex
trahe eam cum uncino parvo aut cum
gesti subtilibus decenter. Quod si non est
possibile cum eis tunc accipe cannulam
concavam et intromitte eam in guttur
infirmi usque prope guttur. deinde intro
mitte in concavitate cannule ferrum
ignitum cum igne. fac illud mul
toties et abstineat infirmus ab aqua
die tota. deinde accipiat vas
plenum aqua frigida et apriat os suum
in ea et abluat os eius cum ea et non de
gluciat ex ea aliquid et moveat aquam
una hora post aliam cum manu
sua. Sanguisuga enim illico cum sen
tit aquam cadit. Si autem non egreditur
cum eo quod narravimus tunc suffumi
ga infirmum cum cimicibus aut cum
assa cum instrumento quod narravi in suffumi
gatione vulve. fac illud multoties
quousque ipsa cadet. et modus operationis in
suffumigatione est ut accipias ollam
in qua sint prune vive cum igne
et olla sit cooperta cum cooperitorio
in cuius medio sit foramen. et ponatur
in illo foramine extremitas instru
menti. deinde propter suffumigatio
nem ponat os suum infirmus in
extremitate cannule et claudat os
suum ut non egrediatur suffumigatio.
donec scias quod suffumigatio iam
pervenit ad sanguisugam. nam sangui
suga cadet statim. Quod si non cadit
tunc itera suffumigationem multotiens
et tollerat infirmus sitim et comedat
salsa et allea et non bibat aquam. neces
se est igitur ut egrediatur cum hoc regimi
ne. et hec est forma instrumenti cum quo ex
trahitur

sangui
suga ex gutture quando cadit super ipsam
visus. et est simile forcipibus sicut vi
des nisi quia est ei hec curvitas que in
tromittitur ad guttur. et extremita
tas eius est similis ori avis que nominatur
ciconia in qua est asperitas lime que
do comprehendit super aliquid non dimit
tit ipsum omnino. Capitulum. xl.
in quo est summa sermonis in apertum
apertionem et sectionem eorum.

POSTE
matum species se
multe in libro
modorum secundum quod
venit rememo
ratio eorum singulis uni
et unum in hoc libro
et sunt divise in perforatione eorum et sec
tione ipsorum ex duobus modis. Quorum
unus est ex specie apostematis in se ipso. et eo
quod comprehendit ex humiditatibus.
Et modus secundus est propter loca in quibus
accidit ex corpore. quoniam apostema accidens in
capite est aliud ab apostemate accidente in

ano. et apa accidens in loco carnoso
est aliud ab apate accidente in iunctura.
et unicuique eorum est iudicium suum
ex operatione. et ex apatibus sunt que non o
portet ut pforentur nisi post matu
rationem saniei in eis et comple
mentum eius. et ex eis sunt que opor
tet ut pforentur dum sunt cruda et
non maturantur secundum complementum
sicut apata que sunt propinqua iuncture. quoniam
apa quando accidit prope iuncturam et pro
longatur esse eius donec putrefit quod est in
circuitu eius. fortasse corrumpuntur
ligamenta aut nervi illius iuncture. quare
est causa contractionis illius membri et zeme
nia. aut est apa prope membrum principale.
quoniam si tu tardas pforationem eius
donec maturetur nocebit illi per il
lud membrum principali. aut est prope
anum. Pfora igitur ipsum immaturum.
et non oportet ut pfores apa crudum
non complete digestionis. nisi quod est
prope anum. ut non putrefiat profundum
et elongetur ad interiora ani et fiat fi
stula. aut fiat in termino eius quod eius
quod non sanatur. Et oportet ut scias
horam pforationis apatis quod matu
ratum est secundum complementum. et est post
sedationem doloris et recessionem
febris et diminutionem rubedinis
et pulsationis. et acuitatem capitis
apatis et reliqua signa. et oportet
ut facias cadere pforationem in in
feriori loco apatis et vehementiori
eminentie. et sit pforatio vadens in
longitudinem corporis si apata sunt
in partibus manuum et pedum et in locis
lacertorum et cordarum et nervorum et arte
riarum. et ad ultimum in omnibus locis equa
libus in quibus non est reflexio. In illis
autem que reflectuntur valde cum per
foratione sit illud membrum. Quando
vero apa est in locis carnosis tunc

est melius ut dimittas pforationem
eius donec confirmetur eius digestio sicut
diximus secundum complementum. Quoniam si
pforas ipsum ante illud prolongatur cur
sus virus ex eo et est multe sordis et
sordicei et fortasse indurantur la
bia eius et profunditas eius. Et que
dam apata pforantur secundum latitudi
nem corporis aput necessitatem. aut secundum
illud quod indiget membrum. Et oportet
ut administres in apatibus parvis p
forationem parvam. et in apatibus ma
gnis pforationem magnam et am
plam. aut sectiones multas per simi
litudinem apatis magnitudinis. et
sunt ex apostematibus in quibus oportet
ut excorietur cutis et incidatur quoniam iam
facta est sicut pannus et facta est in termino
quod iam mortua est sicut illud quod accidit
in multis ex dubelet et ex bubonibus.
et ex eis sunt que secantur sectione
habente tres angulos. Et ex eis est ex
quo inciditur sicut figura folii mirti si
cut apa inguinum. et ex eis sunt in quibus
administratur sectio rotunda et sectio
lunaris et similes eis ex sectionibus. Il
lud vero cui non est caput sicut sunt apata
levia superficialia oportet ut pfores
ipsum pforatione superficiali tantum et plana.
et oportet quando apa est grossum et iam
collegit saniem multam et pforas
ipsum ut non properes et extrahas pus
totum in illa hora. immo extrahe ex ip
so partem eius. deinde oppila apa usque ad
diem alium. deinde extrahe quiddam
ex pus iterum. fac illud multotiens secundum
gradationem donec egrediatur. precipue
si infirmus est debilis virtutis. aut mu
lier pregnans. aut puer parvus.
aut senex decrepitus. Spiritus enim animalis
multotiens resolvitur cum egressione
saniei et fortasse moritur infirmus
et tu non percipis. Cave igitur hoc ca

pretes in cautela magna. et post perfo
rationem tuam qua ista perforas capiti
oportet ut abstergas uulnus et
considera. Si igitur est uulnus capitis
paruum. aut est sectio una plana.
tunc administra licinia ex lino a
ut ex coto antiquo. Et si est capitis ma
gnum et fissure perforationis sunt mul
te. tunc oportet ut intromittas in
omnem fissuram licinium donec per
ueniat ad miringam. et si in capite
abscidisti partem cutis. aut concaui
sti eam tunc oportet ut impleas
eam coto ueteri. aut lanugine li
ni sicut quando teritur pannus aut ra
ditur absque humiditate et stringe ipsum
usque ad tertium diem. deinde proice ipsum
et cura illud cum eo quod oportet ex un
guento donec sanetur. Si autem ac
ciderit fluxus sanguinis in hora tue
operationis. tunc administra aquam frigidam
et acetum. postea imbibe in eis pan
nos et pone ipsum super locum fluxus
sanguinis multotiens. Si autem perse
uerat fluxus sanguinis tunc oportet
ut administres unguentum et curationem:
et pulueres quos narraui in locis
multis huius libri ex diuisione. Si
autem est in tempore yemis et locus capitis
est multorum neruorum tunc oportet ut in
fundas pulillos cum uino et oleo
calidis et ponas eos super loca. Et si
fuerit in estate et loca sunt carnosa tunc
oportet ut ponas pulillos im
bibitos cum aqua et oleo. aut cum
uino et oleo et totum illud frigidum
donec quando erit dies tertius sicut di
ximus. tunc oportet ut soluas capitis
et stringas ipsum et administres in
curatione ei quod ei conuenit donec
sanetur. hec est summa quod necessarium est
ex cognitione curationis capitis uni
uersaliter. secundum semitam uero ordina
tionis iam dixi de omni capite equaliter
est una ad curationem eius capitulatim
singulariter.

Cap. xli. de sectione apostematum que accidunt in cute capitis.

Accidunt in cute capitis apostemata parua
et sunt ex speciebus nodorum que continent
tunice que sunt eis sacci quasi ipsi sint
bursae pullorum gallinae. et horum species sunt
multe. Ex eis sunt pinguia. et ex eis
sunt que continent humiditatem
similem limo. et ex eis sunt que con
tinent humiditatem similem fecibus et
puttibus et eis similibus. et ex eis sunt
que sunt lapidea dura. et in sectione
horum omnium et extractione non est timor
dum aperitur horum sectionem non facit con
trarietatem arteria. et operatio in
sectione eorum est ut experiaris ea cum
instrumento cuius forma ueniet post hoc quod nominatur
intromissum donec scias quid conti
neat. Nam si est illud quod continet hu
miditas tunc seca ipsum sectione secundum
longitudinem sectione superficiali
secundum hanc formam. et incipe

per eam sectionem ex linea
b. ad lineam g. et si igitur erit a
cuata humiditas tunc excoria ki
stim que continet illam humiditatem
et non dimittas ex ea aliquid penitus.
Multotiens enim redit si remanet
ex ea aliquid. deinde submerge cotum
in unguento egyptiaco si est presens
et si non in aqua et sale et imple
cum eo uulnus et dimitte ipsum
usque ad diem alium. ipsum enim corrodit
quod remansit ex kisti. deinde itera super
ipsum cotum cum egyptiaco secundo et tertio
si indiges illo donec confidas quia
non remansit ex kisti aliquid tunc enim
cura uulnus cum unguento donec sanetur.
Quod si apostema continet nodum pinguem
tunc seca ipsum secundum hanc formam sec
tionis habente formam crucis et proice

uncinos in duo labia sectionis et excoria ipsum ab omni parte et conare virtute tua in extractione tunice que continet ipsum. Si autem contingat fiat in arteria, tunc fac illud quod narravi tibi post; et similiter fac illud in apostemate si est lapideum ex sectione et abstractione eadem secundum quod dixi in sectione sed apostema lapideum est facilius quoniam est parum ibi sanguinis et humiditatis. Quoniam sunt quedam horum apostematum que sunt in capite in quibusdam hominibus cui quibus perveniunt non est humiditas. Verum est quod ego secui semel apostema in capite mulieris vetule et inveni apostema sicut lapis vel durum idest solidum asperum album non poterat frangi, et si percuteretur cum eo aliquis percusso vulneraret ipsum. In aliis vero apostematibus accidentibus in capite preter hec sicut apostemata que accidunt in capitibus puerorum et apud radices aurium sectio horum omnium sit sectio superficialis et post perforationem eorum semper ab inferiori parte eorum ut alleviet cursus saniei ad inferiora. Deinde cura ipsa cum eo quod convenit eis ex curatione vel incarnatione.

Capitulum xliii. de sectione scrophularum que accidunt in collo.

Multotiens accidunt ista apostemata in collo vel sub ascellis et in inguinibus et quandoque accidunt in reliquo corpore. Et sunt illa que ex eis accidunt in collo unum et sunt multa et generantur ad invicem. Et omnis scrofula ex eis est intra tunicam propriam sicut est in nodis et apostematibus capitis sicut narravimus. Et species harum scrofularum sunt multe. Ex eis enim sunt lapidee et ex eis sunt que continent humiditates et ex eis sunt maligne que non obediunt curationi. In illa igitur quam ex eis videris bone dispositionis in tactu cuius manifestatio est propinquum colori cutis et movetur ad omnem partem et non est annexa cum nervis colli neque cum guidegi neque cum arteria neque est profunda, oportet ut seces eam sectione superficiali a superiori parte ad inferiorem partem secundum ex linea g ad lineam b et excoria eam ab omni parte et extende duo labia cutis cum uncino aut cum uncinis multis si indiges illo sicut diximus in apostematibus capitis et extrahe eam paulatim et esto super cautelam ut non incidatur vena neque nervus. Et sit spatumile non acutum valde ut non addat tibi manum tuam cum incisione aut inquietet infirmum et incidas quod non est necesse incidere. Si autem incidis venam aut arteriam aut prohibet te ab operatione, tunc pone in vulnus cogi tritum aut quosdam pulveres qui abscidunt sanguinem et stringe vulnus et dimitte ipsum donec quiescat acuitas apostematis et mollificetur vulnus et incipiet et vult putrefieri. Nam sanguis abscidetur tunc. Redi igitur ad operationem tuam donec compleas. Deinde inquire digito tuo indice si remansit aliquid ex scrofulis aliis parvis. Si, incide eas et munda eas. Quod si est in radice scrofule vena magna, tunc oportet ut non incidas illam scrofulam ex radice sua, immo oportet ut liges eam cum filo duplato forti et dimittas ipsam donec cadat per se absque nocumento. Deinde imple vulnus coto udo quod iam submersisti in unguento egyptiaco. Deinde cura ipsum. Et si incidis scrofulam totam, tunc oportet ut aggreges duo labia vulneris et suas ipsum statim postquam certus es quod non remansit superfluitas. Si autem vides quod remansit superfluitas propter magnitudinem scrofule, tunc oportet ut

intendas ad inquirendum radicem eius
et extrahendum eam. et administra su-
turam quod diximus. et que ex scrofulis
continent humiditates perfora illa per-
forationem superficialem ubi apparet ti-
bi locus maturitatis eius. et pone per-
forationem ab eo quod sequitur inferius
corporis sicut diximus. deinde administra
post perforationem eius liciniam cum unguento
et similia eis ut corrodat quod remansit
ex corruptione donec quando videris
vulnus iam mundificatum esse. tunc cura
ipsum cum unguento generativo carnis do-
nec sanetur. Capitulum xliii. de
sectione epiglotis ab apostemate accidente
Dixerunt antiqui de intra guttur.
qui hanc sectionem in epiglotide et non
vidi aliquem in terra nostra qui eam fe-
cerit. et hec est scriptura sermonis eorum.
In habentibus autem squinantiam oportet
ut devitetur sectio epiglotis cum
non fiat iuvamentum per illud propterea quod
omnes vene et pulmo sunt infirma. In
illis vero qui habent apostema calidum in ore
aut gutture aut duabus amigdalis
quando non est egritudo in canali opor-
tet uti sectione epiglotis ad fugi-
endum expositionem que fit ex suffo-
catione. Oportet ergo quando volumus illud
ut secemus epiglotim sub tribus cir-
culis ex circulis epiglotis aut quattuor
sectione parva per latitudinem in
eo quod est inter duos circulos per quan-
titatem quod fit sectione in siphacum
non in cartillaginem. et iste quidem locus est
conveniens sectioni quoniam est privatus car-
ne. et vasa sanguinis ab eo sunt
longinqua. Quod si medicator est ti-
midus tunc oportet ut extendas cutem
gutturis cum uncino. deinde findat
cutem donec quando pervenerit ad canale.
deinde tenet vasa sanguinis si videt ex
eis aliquod. deinde secet siphac quod nar-

ravimus. et significat super sectionem ca-
nalis ex flegmate quod egreditur ex ea
cum eo quod disrumpetur ex abscisione
vocis. et dimittat vulnus apertum tempore
aliquo. Cum ergo removetur hora
in qua timetur suffocatio aggrega
duo labia vulneris cutis et sue ip-
sam solam absque cartilagine. deinde
administra medicinas que faciunt
nasci carnem usque sanetur. Inquit
Albucasim. Summa huius sermonis quod
narravimus expositio non est nisi quando
videtur quod aliquod horum apostematum iam op-
pilavit guttur infirmi. et stillicida-
tus est infirmus super mortem et vult in-
terscecari anhelitus eius. vadunt ad
secandum epiglotim ut respiret in-
firmus super locum vulneris quandam
respirationem et salvetur a morte. et propter hoc
preceperunt dimittere vulnus apertum do-
nec consumatur malicia egritudinis
et est malicia eius diebus tribus et quando simpli-
citer ergo preceperunt suere vulnus et curare
ipsum donec sanetur. Et illud quod vidi per
me ipsum est quod ancilla accepit cul-
tellum et misit eum in guttur suum
et incidit cum eo partem canalis pulmo-
nis et vocatus sum ad curationem eius
et inveni eam mugire sicut mugi-
tus mortui. detexi igitur a vulnere
et inveni sanguinem qui egressus fu-
erat a vulnere parvum. Confisus ergo
sum quod ipsa non absciderat venam
neque guidegi. et ventus egrediebatur
ex vulnere. Properavi igitur et sui vul-
nus et curavi ipsum donec sanatum
est. et non accidit ancille aliquod nisi rau-
cedo in voce non addita. et reducta
post dies ad meliorem dispositionem suam.
hinc ergo dico quod in sectione epiglotis non
est timor. Capitulum xliiii. de sec-
tione epiglotis ab apostemate accidente in
gutture extrinsecus et vocatur hernia gutturis.

Hoc apostema nominatum herna gutturis est apostema magnum secundum colorem corporis. et est in mulieribus multum. et est secundum duos modos. quoniam aut est eius accidentale aut naturale. In naturali vero non est ingenium. et accidentale est secundum duos modos. Quorum unus est similis nodis pinguibus. et modus alter est similis apostemati quod fit ex nodatione arterie. et in ipso est timor et non oportet ut presumptio fiat ad ipsum cum ferro nisi in eo quod est parvum. et tu proba ipsum et investiga ipsum cum intromisso. Si igitur invenis ipsum simile nodo pingui et non est suspensum cum aliqua venarum tunc seca ipsum sicut secantur nodi. et extrahe ipsum cum eo quod continet ipsum ex kisti si est in kisti. et si non tunc perscrutare totum eius. Deinde cura locum cum eo quod oportet ex curatione donec sanetur.

Cap. xlv. de sectione specierum nodorum.

Nodorum multe sunt species. et ego iam dixi omnes species eorum in divisione. et oportet ut narrem hic differentiam inter nodum et exituram cum sit dubitationem faciens. Dico igitur quod cum exitura est caliditas et febris et dolores vehementes donec sedatur ebullitio superfluitatis et complet putrefactio tunc eius quiescit febris et calor. Cum nodo vero non est caliditas neque febris neque dolores. et continet eum kistis sifac que est in eis sacc proprius et est secundum colorem corporis. et est inceptio eorum sicut cicer. et fit sicut batekha et maior et minor. et sunt secundum duas species aut pingues aut qui continent humiditates. et colores humiditatum sunt multi secundum quod dixi in divisione. Oportet igitur quando pervenis ad curationem nodi ut experiaris eum et inquiras ipsum in primis cum instrumento quod nominatur intromissum secundum quod veniet forma eius in capitulo quod est post hoc. et modus inquisitionis apostematum et nodorum omnium est ut accipias hoc instrumentum et intromittas ipsum in humidiorem locum quem invenis in apostemate. et tu revolve digitos tuos cum eo paulatim donec scias quod instrumentum iam penetravit cutem. deinde ultima manu tua secundum mensuram magnitudinis apostematis. deinde extrahe intromissum et considera illud quod egreditur in vestigio eius. Si igitur egreditur humiditas currens quecumque color sit. tunc seca ipsum sectione superficiali secundum quod dixi in reliquis apostematibus. et si non egreditur in vestigio intromissi humiditas tunc scias quia est pinguis. Seca igitur super ipsum sectionem hanc formam crucis secundum hanc formam sicut docui te et suspende ipsum cum uncinis et excoria cutem ab omni parte cum facilitate et custodi kistim si potes super illud ut extrahas ipsum sanum cum nodo. Si autem disrumpitur kistis sana multotiens enim accidit illud apud operationem et non est possibile extrahere ipsum sanum. tunc extrahe ipsum frustatim donec non remaneat ex eo aliquid. Nam si remanet ex eo aliquid parvum aut multum redit nodus secundum plurimum. Quod si vincat te et remanet ex eo parum tunc imple vulnus apud complexionem tuam quibusdam pulveribus corrosivis acutis. et stringe vulnus et pone super ipsum quod sedat apostema calidum. et cura ipsum cum reliqua curatione donec sanetur. Si igitur est nodus magnus sue duo labia eius et cura ipsum cum eo quod incarnat. Si autem est tibi contraria vena pulsatilis aut non pulsatilis tunc propera et imple locum zegi trito et dimitte

ipsum stricturi duobus diebus aut tribus donec putrefiat vulnus et quiescat ebullitio sanguinis. deinde medica ad incarnandum illud quod remansit ex nodo.

Capitulum xlvi. de formis instrumentorum que sunt necessaria in sectione et perforatione.

Ex eis sunt forme intromissorum et sunt trium specierum. ex eis est quod est magnum. ex eis est medium ex eis parvum.

forma intromissi magni.

Forma intromissi medii.

forma intromissi parvi.



fiunt ex ferro alsuluo quadratarum extremitatum decenter ut festinent in introitu in apertura. et iste sunt forme experientium et nominantur alberid i. perforantia. et unum eorum nominatur berid i. perforans. et sunt trium specierum. ex eis est quod est magnum et medium et parvum.

forma experientis magni.



forma experientis medii.

Forma experientis minoris.

Convenit ut investigent per ea apostemata et exiture et fistule et bulbones. ab eo quod interius est ex ossibus et aliis. et sunt rotunda, et sunt levia. et sicut acus magne quibus subtella suuntur ex ere citrino. aut ex ere aut ex ferro aut ex argento. et meliora eorum sunt que fiunt ex citrino. et sunt experientia etiam ex plumbo nigro que convenit ut per ea experiantur fistule in quarum concavitate sunt reflexiones ut reflectantur cum lenitate sua cum illis reflexionibus. et sunt etiam trium specierum. quoniam ex eis sunt longa media et brevia. secundum quantitatem amplitudinis fistule et stricture eius.

forma experientis ex plumbo magni.

forma experientis ex plumbo medii.



Forma experientis ex plumbo parvi.

Forme uncinorum et sunt multarum specierum. quoniam ex eis sunt simplices sicut quibus est curvitas una et sunt trium specierum sicut vides magni et medii et parvi. et ex eis sunt uncini ceci et sunt trium specierum. et ex eis sunt uncini habentes duas curvaturas et sunt trium specierum. et ex eis sunt uncini habentes tres curvaturas et sunt trium specierum. et omnes isti sunt necessarii in loco suo.

forma uncini simplicis magni.

forma uncini simplicis medii.



forma uncini simplicis parvi.



Forma uncini ceci magni.



forma uncini ceci medii.

forma uncini ceci parvi.



For. uncini mag. habentis duas curvatures et est quod est eius similiter mag. mediu et parv.



forma uncini mediu.

forma uncini parui.



Forma uncini mag. habentis tres curvatures.



forma uncini mediu.



forma uncini parui.



Et iste sunt forme scalpellorum quibus secantur et extorquentur nodi et apparata et sunt trium specierum. Quoniam ex eis est mag. medium et paruum. for. magni.



forma mediu scalpelli.

forma parui siue minoris scal.



Et eorum extremitates quibus fit sectio sunt acute et extremitates alie sunt non acute et non ponuntur taliter nisi ut cum eis fiat iuuamentum in excoriatione nodorum apud timorem incisionis uene aut nerui et ut sanetur per ea infirmus et inueniat tranquillitatem parum per ex aduistione quam inuenit apud excoriationem apostematis. et sunt iste forme alnagella et sunt trium specierum. for. mag.



fiunt ex eris et sunt similia radio cum quo fit alchool et in extremitate lata est puncta spatumilis occulta. et in ea currit ad interiora et ad exteriora quemadmodum uides. forma spatumilium uel flomorum que absconduntur inter digitos apud perforationem apostematum et non percipiunt ea infirmi et sunt trium specierum. mag. media et parui. for. parvorum spatumilium.

forme ventosarum cum quibus absciditur fluxus sanguinis et sunt trium specierum. magne. medie. et parue.

fiunt ex ere aut cuprino rotunde ad longitudinem parum per sicut uides et sunt ad subtilitatem. et oportet ut sint iste species uentosarum apud te magne et parue ut abscindas per eas sanguinem cum uelocitate apud necessitatem. et tunc quando non est tibi presens medicina. Verumtamen non utaris eis in abscisione sanguinis in omni loco corporis. et non utaris nisi in locis carnosis sicut lacertis crurium et coxe. et lacertis brachiorum et mamillarum et uentris et inguinum et similibus eis ex lacertis carnosis humidis. Et quoniam fuit ex eis instrumenta alia parua similia corticibus fisticorum secundum hanc formam quibus absciditur sanguis qui fluit ex loco flomie. aut apud incisionem uene aut arterie. et quinque fiunt ex



eis rotunde s'm hac formam.

Cap. xlvij. de cura mamillar. vi
ror. q̄ sil'ant' mamill' mulierum.

Quandoq; inflantur mamille quo
rūdam hoīm̄ apud complemēti
sōpm donec assimilantur mamil
lis mulier. 7 remanēt apostomose
fede. Q' g° abhorret illud oportet ū
seces sup mamillas sectoē lunari
s'm hāc formā. ex linea. b. ad line
am. g. deīn excoria piguedinem
totam. postea imple uuln' ex me
dicamine incarnatiuo. deīn aggre
ga duo labia uulneris cu3 sutura
7 cura ipm̄ donec sanet'. Si aūt de
clinat mamilla ad inferiora 7 mol
lificatur ppt' magnitudinē sua
sic accīt mulierib;. tc̄ opt ut fin
dant' in duob; latib; suis supio
rib; duab; sectoīb; silib; figurē
lunari quar. una queq; ptinuet'
cum altera apud fines utriusq;
donec sit linea maior continens
minorē s'm hāc formā: ex linea

b. ad lineam. g. postea excoria cu
tem q̄ est int' duo labia. et aufer
pinguedinē 7 ammīstra q' di
ximus de sutura 7 puluerib;. et
q' necc̄um ē ex curē doñ sanet'.
Si aūt non comples incisionē eiu'
q' oportet te incidere ppt' inquie
tudinē infirmi. aut ppfluxū san
guinis. tc̄ oportet ut impleas uul
nus coto submerso in unguento
corrosiuo. 7 dimitte ipm̄ donec cor
rodat illd' qd' remāsit ex pingue
dine. deīn cura ip' donec sanetur.

Cap. xlviij. de pforatōne apītum
q̄ accidūt sb titillico.

Ista apostē | mata que accidūt sub titillico s̄t
ex spēb; scrofular. dura q̄ ptinēt
limitis. 7 ex eis sūt que cōtinēt hu
miditates. Que g° sūt ex eis que

ptinent humiditates oportet ut sece
tur sectione lunari s'm hāc figurā
ex linea. b. ad lineam. g. Cum igr'

euacuat' totū q' ē in apostemate ex
sanie tūc imple ip' coto ueti. 7 dimi
te ip' usq; ad diem aliū. deīn aufera
tur cotū et curetur cum unguēto
conueniente ad illd' donec sanetur.
Qd' si apā fuīt ex spē nodor. scrofu
lar. tc̄ scinde s' ip' sicut diximus in
sectione sup scrofulas equalit'. Si
aūt extenditur uuln' in hoc ū emi
tat pus. tc̄ ammīstra in eo cauteriu
s'm q' diximi' in eo qd' pmissum ē.

Capitlm. xlviiij. de sectoē apītis
q' accidit ppt' arteriam aū uenā.

Quando dirūpit' arteria 7 cōsoli
datur cutis que est supra eam. tc̄
multociēs accīt iñ apā similiter
accidit uene. 7 ut accidat in ea in
flatio 7 apā. et signa quib; cogno
scitur qd' apā et inflatō sit ppter
arteriam aut ppt' uenam sūt q'in
qñ apā est ppt' arteriam ē lōgum
aggregatum in pfundo corporis. et
qñ impellis apā digitis tuis sen
tis ei' qñ stridor sit ei. et illd' qd' est
ppt' uenam ē rotūdū in manifesto
cor. 7 sectio s' hoc apā est error 7 p'
cipue q' ē sub assellis 7 inguīb;
7 collo 7 in locis multis corporis
et ē magnū ualde aut in capite.
Oportet g° ut deuitetur ei' cā ferro
cirō et qd' ex eis ē etiam in extre
mitatib; aut in capite oportet ū
deuitet' s' illd' qd' g° ex eis ē ex in
flatione orificii arterie. scinde in
cute sectionē in longitudīe. de
inde aperi sectionem cum uncin'
pt' arteriam. 7 libera eam ex tunic'
donec detegat'. deīn intromitte
sub ea acum. 7 fac eam penetrare
usq; ad latus aliud. 7 stringe. ite

nam cũ filo duplo in duob᷒ locis
ſm̃ q̃d docui te in extractiõe dua
rum arteriaꝝ que ſũt in tẽporib᷒.
deĩ punge locum qui ẽ int̃ duo
ligamenta cum ſpatumili donec
egrediatur ſanguis qui ẽ in eo to
tus ⁊ ſoluatur apã. deĩ ãministr̃
curationẽ que generat pus donec
cadãt ligamenta. p̃ea cura illud
cum unguẽtis ꝯuenientib᷒. adu
ſq̃ donec ſanetur. Q̃d ſi fuẽrit apã
ꝑ ſectionẽ uene. tũc oportet ut
teneas manu tua q̃d tibi poſſibi
le ẽ ex apãte cum cute. deĩ ĩtro
mitte acum ſub loco quẽ tenuiſti
manu tua ⁊ fac eam penetrare ⁊
ſit in ea filũ duplũ donec extrahas
ipm̃ a latẽ altõ. deĩ liga ipm̃ a
poſtema cũ eo ligamẽto bono ſm̃
q̃d dixi tibi in ligamẽto uene adu
ab᷒ partib᷒ cum duab᷒ extremi
tatib᷒ fili. Si aũt times q̃d extra
hatur filum. tũ intromitte acũ
aliũ cum filio alio ſub apãte to
to ap̃ incisionẽ acus p̃me. et ſtri
nge fila tua in quatuor locis. deĩ
ſeca apã in medio ſiu donẽ q̃n eg
rẽditur q̃ in eo ẽ. tũc incide ſupflui
tatẽ cutis. ⁊ dimitte q̃ ex ea liga
tum ẽ. deĩ pone ſup ipm̃ pluil
lum q̃ ſũmerſiſti in uino ⁊ oleo
deĩ ãministra curationẽ ei que
ſit cũ licinus ⁊ unguẽtis donẽ ſa
netur.

Capitulum .l. De apãte que accidit ex tortiõe nervorum.

Si aut accẽt apã in arteria ⁊ uena ſi
multẽ acãt apã in nervis quãdo
acãt in eis percuſſio. aut accidit a
labore ſupfluo ⁊ ſimilib᷒. et fit
plurimum illis locis adiutorioꝝ a
ut calcanei. ⁊ in omi loco in quo
iunguntẽ iuncture. ⁊ ẽ apã graue.
Similatẽ color ei reliquo corpori.
et eſt in plurib᷒ diſpoſitoib᷒ abſq̃
dolore. ⁊ q̃n ſtringitẽ cum uehemẽ
tia ſentit in eo infirmũ ſimile ſtu
pori ⁊ nõ eſt apã agregatũ in pro
fundo corporis immo ẽ ſub cute et
ipm̃ mouetur ad omnẽm ptem. et
nõ uadit ad inferiora neq̃ ad po
ſteriora. Q̃d ḡo ex eis eſt ſub iũcturis
nõ oportet ut inuadatur cũ ferro.
fortaſſe enĩ accidet ꝯtractio. In illo
aũt q̃ ex eis eſt in capite aut ĩ fro
te ſcinde cutẽ cum ſpatumili. Si
ḡo eſt apã paruũ tũ tene ipſũ cũ
forficib᷒ et abſcide ipm̃ a radice.
et ſi eſt magnũ tũ ſuſpende ipm̃
cum uncino ⁊ excoria ipm̃. deĩde
aufer ipm̃ ⁊ agrega uulnus cũ
ſutura ⁊ cura ipm̃ donec ſanetẽ.

Cap. lj. de sectione apãtis q̃d accidit ex thelul q̃d accidit ĩ uentre.

Accidũt quibusdam hoĩb᷒ multotiẽs
in uentrib᷒ eoꝝ ⁊ in reliq̃s corpori
b᷒ ipoꝝ thelul q̃ noĩatur fungalia
p ſimilitudinẽ ipoꝝ cũ fungis q̃
rum radix ẽ ſubtilis. ⁊ ipoꝝ caput
eſt groſſum iam ꝯuerſa ſũt labia
eoꝝ. ⁊ eſt ex eis paruum. ⁊ eſt ex eis
q̃d magnificatẽ ualde. Et ego q̃dẽ
iam uidi unũ ⁊ in uentre eius e
rant duo thelul q̃ erant mag̃ q̃m
reb᷒ aliis ſimilia fungis. nõ erat
differẽ int̃ ea. alba minute radiceſ
iam inũtabantẽ labia eoꝝ ⁊ finde
bantẽ ⁊ humiditas currebat ex eis ſẽ
per. Incidi ḡo ea ⁊ inueni in pondẽ
unius q̃ſi decem ⁊ octo uncias ⁊ in
altõ q̃ſi ſex uncias. ⁊ operõ in incisi
one eoꝝ ẽ ut ꝯſideres tũc ſi infir
mus ẽ humidꝰ ⁊ color athelul ẽ al
bus humidus ſubtil' radicis. tũc
incide ipm̃ cũ ſpatumili lato. ⁊ ſit
in p̃ſentia tua cauteria in igne. q̃l
totiens enĩ expellitẽ apud ſectioẽ

cuius sanguis mult'. ꝓpt' q̄ si uin
cat te sanguis ⁊ cauteri ip̄m. Q̄ď
si uides infirmū pauidum ⁊ timi
dum ab incisiōe cum ferro. tūc ac
cipe filum ex plūbo decent' facti
⁊ stringe cū eo athelul cui' modu'
est quē diximꝰ. ⁊ dimitte ip̄m duo
bꝰ diebꝰ. deinde adde in strictura
plumbi. non ğ cesses stringere
plumbū quotiēs imprimit in the
lul. donec abscidatur ⁊ cadat per se
absq; labore. Si aūt thelul grosse
fuit' radicis tūc in incisiōe eiu' est
quedam timoris ⁊ pauoris. ⁊ p̄sertim
q' est in uentre. Vn̄ possibile est ut
incidas medietatē eiꝰ. deinde cau
teriça ip̄m ut nō redeat. deiñ cura
ip̄m uuln' donec sanetur. ⁊ caue ne
p̄sumas incidere thelul q' est fusci
coloris pauci sensus/fedi aspectꝰ.
Ip̄m enī ē ap̄'a cancerosū. ⁊ ego ue
niam cū remotiōe cancri p' hec.

Capitlm̄. lij. de cura eminentie umbilici.

Fit eminētia umbilici ex
causis multis. aut ex fissuris sifac
qď est s' uentrem ⁊ exit ex eo. alt'ib
aut intestinū s'm q' accidit i reliquis
rupturis. aut ex sanguine q̄ fluit
ex uena aut ex arteria s'm q' pre
missum ē. aut ex uentositate clo
aurata in eo. Si aūt ē ꝓpt' fissuram
sifac ⁊ exitum thirbi. tūc ē color
ap̄atis simil' colori corporis et est
lene absq; dolore ⁊ apparet diuisi
situs. ⁊ si ē ꝓp egressionē intestini
tunc ē situs eiꝰ cū eo q' narraui
mus uehementioris diuersitatis. Cum
igit' tu premis ip̄m digitis tuis
et occultatur. deiñ redit. ⁊ fortasse
cum eo ē sonitꝰ ⁊ magnificat' mul
tum apud introitū balnei ⁊ labo
rem uehementē. Si uō ē ꝓpt' humi
ditatē tūc ē lene nō occultat' q̄do

p̄mis ip̄m manu tua neq; constrin
gitur neq; additur. q' si est ꝓpt' san
guine tūc cū istis signis apparet a
postema ad nigredinē declive. Si
aūt ē ꝓpt' carnem natā tūc ē ap̄a
graue durum. ⁊ fingit' s'm quanti
tatē uñā. Si uō est ꝓpt' uentositatē
tūc tractatus ei' est lenis. ⁊ opatio
in illo ē ut consideres tūc si eminē
tia umbilici ē ꝓpt' sanguinē arterie
aut uene. aut uentositatē. tūc opor
tet ut phibeamus a curatiōe ei'. Nam i
illo est timor ⁊ pauor sic̄ docui te i
capitlō in quo dixi ap̄ita ꝓpt' arte
riā ⁊ uenā. Q̄ď si eminentia um
bilici ē ꝓpt' intestinū aut thirbū
tūc oportet ut p̄cipias infirmo q̄
tinus teneat anelitū suum. ⁊ ster
stans extensus. deiñ signa cum en
causto in circuitu umbilici totius.
postea p̄cipe ei ut resupinetur int'
manus tuas sup dorsum suū. deinde
circumda cū spatumili lato in circu
itu umbilici sup locū quē signa
sti cum encausto postea extende
mediū ap̄itis ad superiora cum un
cino magno. deiñ liga in circuitu
eum cū filo forti. aut cū corda de
serico ligamēto firmo. ⁊ sit nodu'
ligamēti ancorati. deiñ aperi me
dium ap̄itis extensum sup ligamē
tum. ⁊ intromitte in ip̄m digitū
tuū indicem ⁊ q̄re intestinum. Si
igit' inueneris ip̄m iam captum a
ligamēto. tūc extrahe a lenꝫotati. et
impelle intestinū ad inferiora uen
tris. ⁊ si inueneris thirbū tūc ac
cipe ip̄m cū uncino ⁊ incide super
fluitatem ei'. Si aūt arteria ē tibi ar
teria aut uena tūc circūda ip̄m mul
tū. deinde redi ad opationē tuam
et accipe duas acus ⁊ intromitte
duo fila in eis fortia. ⁊ intromitte

duas acus in circuitu quē fecisti cū
apā in modū crucis quas facis pe
netrare. deīn stringe apā in q̄tuor
locis sup acus. ⁊ si uis aufer acus et
dimitte locū donec putrefiat caro
extensa ⁊ cadat p̄ se. aut incide ip
sam qn̄ subtiliatur ⁊ putrefit. de
inde cura ipm̄ cum eo qd̄ oportet ex
unguentis donec sanetur. Qd̄ si emini
tia umbilici ē ex carne nata i eo.
aut ex humiditate tē oportet ut sci
ndas apā sicut diximus ⁊ extrahas
sanguinē aut humiditatē quā in
uenis in eo. deīn cura ip̄ cum eo q̄
solidat locum.

Capitulum. liij. de cura cancri.

IAm diximus in diuisione spēs cancri
et qualit̄ ē uia ad curōnem eius cū
medicinis ⁊ cauendo ab eo cū cura
tōne eius cū ferro ut nō ulceretur ⁊
diximus cancrū generatur ī matrice
⁊ cautelam a curatē eius ⁊ dixerūt
antiqui qd̄ qn̄ cancer ē in loco ubi
possibile est eius eradicatō sicut can
cer qui ē in mamillis aut in coxa
⁊ eis similibus ex mēbris locatis ad
extrahendū totū eius precipue qn̄ est
incipiens paruus. Qn̄ nō antiq̄t̄
et est magnus nō oportet ut appi
quaris ei. Ego eni nō potui sanarē
ex eo aliquem. neq̄ uidi aliū an
me qui peruenerit ad illd̄. quia o
peratō in eo est qn̄ ē locatus sicut
diximus est ut procedas ⁊ soluas īfir
mū ex colera nigra aliquotiens
deīn flebothoma ipm̄ si inuenis
ē repletō manifesta. deīn p̄para i
firmū p̄paratōe in qua locetur cū
opatione. deīn pice in ip̄ cancrū
uncinos qui conueniūt ei. p̄tea eō
caua ip̄ ab omi pte cū cute scdm̄
p̄scrutatōem donec nō remane
at aliqd̄ ex radicibus eius ⁊ dimitte

sanguinē currere ⁊ nō abscindas ipm̄
uelociter. īmo exprime loca ⁊ abstinge
sanguinē crossum totū manu t̄
aut cum quo possibile ē tibi ex in
strumentis. Si aūt occurrerit tē fact
tibi fluxus sanguinis crossi ex inci
sione arterie aut uene. tē cauteriza
uenam donec abscindatur sanguis
deinde cura ipm̄ cum reliqua cu
ratione donec sanetur.

Capitulum. liiij. de cura ydropisis.

IAm narrauimus in diuisione spēs y
ydropisis ⁊ qualit̄ fit aggregatō aq̄ ⁊
signa omīs spēi et curatione eius
cum medicinis. ⁊ illa que curatur
cum ferro nō est n̄ spēs asclitis so
la ⁊ nō appropinquatur cum ferro spēi ti
panitis n̄ spēi yposarcx penitus.
Nam illd̄ mortale ē. Qn̄ tu iam
medicatus es hanc spēm ydropisis ti
panitis cū medicinis ⁊ nō contulit
medicatō tua tūc considera. Nam si
infirmo iam consecuta ē debilitas.
aut est cū eo alia infirmitas prēt
ydropisim sic si fit cū eo tussis aut
uentris solutō ⁊ silia ill̄. tūc caue
ne medicens ei cū ferro qn̄ est ti
mor illd̄. Si aūt uides infirmum
exuberantis uirtutis neq̄ est cū
eo egritudo p̄t ydropisim solam
et nō est puer neq̄ senex. tē mod
opationis ē in eo ut tu eleues in
firmū stantem inē manus tuas
et minister pt̄ ipm̄ exprimat uē
trem eius manu sua impellēdo aq̄
ad inferiorem ptē pectinis. deīn
accipe spatumile spinosū s̄z hūc
for-
ma.
Sit duarū partiū acutarū longum.
acute extremitatis sic spatumile.
vērūtamē sit in eo aliqd̄ breuitatis
paulatim ut nō ptranseris cū eo

ap operatiōe

caput operationem usque ad intestinum et ledas ipsum. deinde considera. Nam si est generatio ydropisis ex parte intestinorum. tunc oportet ut elonges cum sectione ab umbilico quantitatem trium digitorum ad inferiora in directo eius supra pectinem. Si vero generatio ydropisis est propter egritudinem epatis. tunc sit sectio tua sinistra ab umbilico tribus digitis. et si generatio est propter splenem tunc sit sectio in latere dextro. et non oportet etiam ut sit sectio in latere super quod vult iacere infirmus ut non currant superfluitates ad illum locum debilem. deinde perfora cum instrumento cutem totam. deinde intromitte in illam sectionem et eleva manum tuam cum spatumili intercuter cutem et sifac quasi tu excorices ipsum. et sit quantitas que excoriatur quantitas unguis aut circiter illud. deinde perfora sifac donec perveniat spatumile ad locum vacuum. et est locus aque. deinde extrahe ipsum et intromitte in foramen instrumentum cuius hec est forma.

Et est simile cannule ex argento sotili. fit ex argento aut ere aut ex auricalco leve tersum et in inferiori parte sui est foramen parvum. et in lateribus eius sunt tria foramina duo ab una parte et unum ab altera. et facta est extremitas eius incisa secundum modum incisionis calami sicut vides. In extremitate



eius superiore est armilla. Nam quando instrumentum pervenit ad aquam tunc ipsum descendit statim super instrumentum. Et evacua ex aqua in hora quantitatem mediam. Nam si tu evacuaveris ex eo plusquam oportet in hora fortasse morietur infirmus per resolutionem spiritus sui animalis. aut accidet ei sincopis que appropinquat morti. verum evacua ex ea secundum quantitatem virtutis eius secundum quod significat tibi dispositio infirmi ex virtute pulsus eius. et ex bonitate eius. Deinde extrahe instrumentum. et retine aquam. Quod est quia retinetur statim propter cutem que retinet foramen quod est super sifac. de quo narravi vobis perfores ipsum secundum illum modum. deinde itera instrumentum die altero si vides infirmum tollerantem illud. et extrahe ex aqua quantitatem parvam. fac illud diebus aliquot. et tu supertimorem. et custodi te ab errore donec non remaneat ex aqua nisi parum. Si autem times super infirmum et dimittis ex aqua rem multam. tunc cura ipsum cum sepultura in arena calida et sudore multo in balneo et sole. et expectet super sitim. et cura ipsum cum medicinis exsiccativis donec sanetur. et cautica ipsum super stomachum et epar et splenem post extractionem aque secundum quod narravi in eo quod precessit.

Capitulum lv. De cura infantium qui nascuntur loci urine eorum non perforati aut foramen est strictum aut non in suo loco.

Quandoque egreditur aliquis infantium ex ventre matris sue. et caput mictionis eius est non perforatum. aut est foramen strictum. aut non strictum in suo loco. aut in loco suo ex ventre matris sue. et caput virge eius est non perforatum suo loco. Oportet igitur cum perforatione eius statim cum nascitur cum spatumili subtili valde secundum hanc formam.

Deinde pone in foramine clavum subtilem ex plumbo. et liga ipsum et tene ipsum tribus diebus aut quatuor.

Quod si quis uult urinam emittere remoueatur et mingat. Deinde reduc ipsum. Et si non potes plumbum, iam possibile est ut urina que incedit super locum non permittat ipsum claudi. Ille autem cuius foramen est strictum medicatur cum plumbo sicut diximus diebus multis donec amplificetur. Illi autem in quibus est foramen in non suo loco leduntur. Quoniam est quidam ex eis qui nascitur et foramen est apud finem capitis uirge: quare non potest mingere ad anteriora donec eleuat uirgam manu sua ad superiora. Neque ei est generatio propterea quod sperma non potest peruenire ad matricem secundum rectitudinem. Et est egritudo feda ualde. Et modus operationis est in illo ut resupinetur infirmus super dorsum suum. Deinde extende caput uirge eius manu tua sinistra extensione uehementi. Et tunc incide caput capitis uirge ex loco priapi cum acumine aut cum spatumili acuto sicut est incisio calami capitis. Aut sicut tu radas aliquid ut medium eius ueniat simile capiti uirge et ut cadat foramen in medio secundum quod oportet. Et caue tibi apud operationem tuam a fluxu sanguinis. Multotiens enim accidit illud. Oppone igitur ei cum eo cum quo abscidit sanguinem et cura uulnus donec sanetur.

Capitulum lvii. de bathor que accidit in preputio et in capite uirge et corruptione et nigredine adherentia preputii cum capite uirge.

Multotiens accidunt iste albathre in uirga et est eminentia carnis fede. Et ex ea alia est maligna et alia non maligna. Non malignam oportet igitur ut suspendas cum uncino subtili et abscidas eam donec mundes eam totam. Deinde pone super ipsam cottum submersum in unguento egyptiaco. Deinde cura ipsum post illud cum unguento diafinicon donec sanetur. Quod si albathre est maligna fedi coloris tunc oportet ut administres in ea cauterium post incisionem eius et ipsius rasionem. Si autem albathre est in preputio capitanei non circumcisi et est pars albathre intra preputium et pars eius extra, tunc oportet ut auferas albathre que est intus imprimis donec quando consolidatur tunc cura ipsum exterius. Quoniam quando tu curas eam simul non securatur preputium quin perforetur. Et iam accidit etiam in testiculis et preputio nigredo et corruptio. Oportet igitur ut tu radas totum quod iam denigratum est et quod uult corrumpi aut quod iam corruptum est. Deinde line super ipsum post illud cum melle quod iam concussum est cum farina corticis granatorum et herbittorum ebellatorum. Deinde cura illud cum reliqua curatione donec sanetur. Si autem accidit fluxus sanguinis tunc administra cauterium cum cauterio lunari secundum hanc formam.



Cauterium enim est iuuatiuum ad duas dispositiones simul, scilicet ad fluxum sanguinis et uulnus quando corrumpitur. Quod si corroditur caput uirge et destruitur totum in hora tunc oportet ut intromittas in meatum priapi cannulam ex plumbo ut mingat infirmus super eam. In adherentia uero preputii cum capite uirge et hec quidem adherentia non accidit nisi in eo cuius preputium est sanum et non exigit super ipsum circumcisio et quandoque accidit adherentia propter uulnus aut apostema et

oportet ut excories eam cum spatumi
li obtuso donec soluatur ligamē
tum et liberetur caput uirge ab omni
parte. Quod si ē difficile discernere
ea exquisite. tunc oportet ut excorie
es aliquid ex capite uirge et ex prepu
tio. Quod ē quia preputium quando est sub
tile fortasse perforatur propter subti
litatem suam et uelocitatem. deinde separa
inter preputium et caput uirge cum pan
no lini subtili qui iam madefactus
est in aqua frigida. ut non adereat
iterum. deinde curetur cum uino stipti
co donec consolidetur. Capitulum

lvij. de mundificatione infantium.
et curatione eius quod accidit eis.

Circuncisio non est nisi ex errore e
lutio continuitatis sicut reliqua uul
nera. Verumtamen cum sit ex operatione nostra
uoluntate nostra et usus eius sit in pu
eris. propterea ē necesse ut signem in ea
operationem meliorem et uiam leui
orem perducentem ad salutem. Dico igitur
quod antiqui non dixerunt circuncisionem
in aliquo suorum librorum. quoniam non inue
nitur in legibus suis et non est nisi quod
acquisiuimus per experimentum. Quod
est quia ego inueni maiorem partem
artificum et flobothomatorum uti
mundificatione circumcidendo cum no
uacula et cum forficibus et utuntur al
fecati et ligamento cum filo et incisio
ne cum ungula. Et ego quidem
iam probaui omnes istos modos et non
inueni meliorem mundificatione
cum forficibus et ligamento cum filo.
quoniam in mundificatione cum nouacu
la multotiens effugit cutis. quoniam
cutis preputii duas habet tunicas. igitur
forsitan inciditur cutis superior et re
manet tunica inferior. Cogitur
igitur ad incidendum alteram et dolorem
futurum. et cum mundificatione que
fit per alfecati non securatur incisio in
extremitatis uirilis membri. quoniam for
tasse ingreditur ingreditur in fora
men eius. In mundificatione autem cum
ungula fortasse euadit ferrum et
corrumpit operationem tuam. et etiam
quidem pueri est breuis natura et mul
totiens nascuntur tales quod non indi
gent mundificatione et iam uidi il
lud. Mundificatio autem que fit cum
forficibus et ex ligamento cum filo bo
nitatem et experimentum detexit michi.
quoniam forfices sunt proportionales incisio
nis propter quod acuitas que ē superius
est sicut acuitas que est inferius.
Cum igitur premis manum tuam proportio
nantur due acuitates et incidunt
secundum operationem unam in tempore uno.
et fit compressio fili figura conti
nens cutem uirge ab omni parte cir
qua non cadit error omnino. et modus opera
tionis prime ē ut facias extenuare
puerum precipue si ē ex eis qui intel
ligunt parum quod tu non facis nisi quod
ligas filum in uirga sua tantum et dimit
tis tempore usque ad diem alium. deinde
fac eum gaudere et letari omni modo quo
possibile est tibi illud ex eo quod recipit
intelligentia sua. deinde fac eum
stare inter manus tuas preparate sta
ture et non sit sedens. et occulta forfi
ces in manica tua aut sub pede tuo
ne uideat eas puer omnino neque aliquid
ex instrumentis. deinde intromitte ma
num tuam ad uirgam eius et suffla in
cutem et extrahe eam sursum donec
egrediatur caput uirge. deinde
mundifica ipsum ex eo quod aggregatum
in ea ex ordine. deinde liga locum
signatum cum filo duplo. postea
liga inferius eo parump ligamen
tum secundum. deinde tene cum indice
tuo et pollice locum ligamenti infe

noris retentione bona. et incide inter duo ligamenta. deinde eleva cutem sursum velociter et extrahe caput unguis. deinde dimitte sanguinem currere paulatim. est enim melius. et pone pulverem desuper et super pulverem pannum in quo est expansus vitellus ovi decocti in aqua rosarum. conmixtus cum oleo rosarum recenti boni. et dimitte eum super ipsum usque ad diem alium. et cura ipsum reliqua curatione donec sanetur. Forma forficis ad mundi



ficationem. Sintque hebetes due extremitates. et sint incidentes neque egrediatur in eis ramus clavi. et sit longitudo duarum acutarum sicut longitudo duorum manubriorum equaliter. Error vero cadens in mundificatione est quoniam fortasse effugit cutis et incisa tota. aut pars eius apud incisionem. Oportet ergo ut extendas eam ex hora tua cum ungue tuo ante apostemationem loci. et incidas eam secundum equalitatem. Quod si non potes tenere eam cum ungue tuo. tunc extrahe eam cum uncino et incide eam. Si autem pervenerit ei tres dies. et remanet quod est sub unguia inflatum apertum. tunc dimitte illud donec sedetur apostema calidum. et excoria illud cum facilitate. et incide illud secundum quod preparatur tibi. et cum eo quod consolidat. et cave tibi a capite unguis. Non enim nocebit ei illud. Cura ergo illud cum eo quod consolidat vulnus ex pulveribus quos narravimus in tractatu de pulveribus. et si incidit excutere supra mensuram et iacuit ad inferiora non nocet ei illud. Cura ergo illud cum eo quod diximus donec sanetur.

Capitulum lviij. de curatione urine retente in vessica alicuius.

rum in oculis. Accidit pueris in
oculis diuersitas egritudinum. Et
ex eis est inflatio et clausura pal
pebrarum. et forte hec accidit ex me
dicinis stipticis quas mulieres
ponunt super capita puerorum. sicut
alcanna et huiusmodi. quia superflua capi
tis conuertuntur ad oculos. et forte ac
cidit eis ex fluxu medicine calide
vel frigide. Et cura huius egritudinis est
quando rubor est in facie et calor in fro
te ut accipias ficum mirte. et fo
lia ro. ana ʒ. i. citri mirte ana ʒ. i.
et ʒ. puluerizentur et conficiantur
cum aqua sortaliorum. vel lacte mu
lieris et supponatur oculis et fronti
cotidie renouando quousque a
perciantur oculi. et est expertum in
pueris. Si autem in oculis non fu
erit rubedo nec calor in fronte.
acc. mirram. et crocum. aloem. et
folia ro. et confice cum bono vi
no. et super oculos pone. Et probatum
ad hoc quod sepe probaui. mitte in na
ribus parum ambre distemperata
te cum lacte mulieris. Si autem
acciderit eis aliqua aliarum egritu
dinum sicut scabies et albedo et h
curantur cum medicinis que dicuntur
in etatibus adolescentium et iuue
num et aliorum. Sed tamen cum leuioribus.

Sequitur **De obliquitate aspectus.**

de egritudine quando quis oblique
aspicit. vel videt. et hec aut est na

turale. aut accidet pt partum.
Et cura ei est qd ponatur de nocte candela ex parte contraria visui obliquo. et cum receptus fuerit in lecto suspendantur ei iuxta plures diversorum colorum sup lectum quousque corrigatur visus. **De egritudinibus que accidunt pueris circa nativitatem.**

Sequitur de egritudinibus que accidunt pueris circa nativitatem. deinde dixit .G. quod si dentes nascuntur cito nativitas eorum erit levior et minoris doloris. Si dentes erunt debiles et si tardaverit eorum nativitas erit dolor fortis. Si dentes erunt fortes et duri et si origo eorum fuerit in vere nascuntur statim et sine dolore. et ideo si fuerit in yeme seu gingive non inflabuntur. et si fuerit in estate accidet eis plurimus dolor. et accidet eis plurimum in hoc tempore apostema in gingivis. et maxillis. et glandule. et pruritus in auriculis. et fluxus sanguinis et veneni. et forte accidet quibusdam febris. et fluxus ventris. aut constipatio. Et cura eius est quando gingiva inflatur qd scalpitur parum cum digito: postea cum oleo. aut pinguedine galline. aut cerebro leporis. aut cum lacte canis ungatur. et pone sup caput pueri aquam in qua cocta sit camomilla anetum. et pone sup mamillas emplastra dissolutiva. et si dolor augmentetur propter hoc aperit originem. accipe ceram butirum. oleum laurinum. misce totum et pone sup locum. vel accipe butirum vacce. et medullam cruris eius et pone desup. Et cum apparuerint capita dentium pone sup caput eius totum et collum lanam

munitam. et spergatur cotidie sup lanam aqua tepida. Et si accidit fluxus ventris medicabimus cum eis que diximus prius et similiter de constipatione. **De vesicis que accidunt pueris.**

Vesice que accidunt pueris in oris puerorum in prima etate quando accidit ex corruptione lactis. vel ex acumine. et illa vesicatio aut erit nimis acuta. aut parum acuta. Signa acute rubedo. et fortitudo doloris. et fluxus salive. et signum parum acute ut vesice declinent ad albedinem et sint parum dolorose. et humor qui descendit ad os sit simul. Cura vesicarum acutarum est corrigere lac nutricis cum cibo frigido et humido. deinde mastica parum amidi distemperatum cum aqua ro. et similiter pone. et ponant in ore pueri aquam malicanorum. vel malorum granatorum. et citranorum. et si acuitas fuerit nimis coleret ea. misce cum istis succum lactucarum. aut iuvenem canine. Et cura vesicarum parum acuminis et declinantis ad albedinem est ut accipias mirram crocum ana. et zuccari duplum. pulverizentur et mittantur. Et si plage fuerint nigre aut putride medicabens cum medicinis dictis in etatibus iuvenum.

Accidit pueris in **De vomitu.** prima etate vomitus multis ex causis. aut propter multitudinem lactis magis quam digerere possit. aut propter humiditatem lactis. aut propter corruptionem eius. et maxime si puer fuerit humidi vel debilis stomaci. Et cura ei est qd vetes multitudinem lactis. et post considera in vomitu si sentitur odor acetosus. et fuerint in eo hu. albi. accipe olibani .vi. partem .ʒ. et rute sicce .iij.

partes ʒ. pulveriza et mitte cum siru
po rosato et da puero. aut accipiat
nutrix parum cimini et parum su
mac et mastice et ponat in ore pu
eri. aut detur puero sirupus ma
lorum granatorum cum menta. aut quod se
pe probavi. accipe ligni aloe ʒ. s. i
masticis ʒ. s. galle vi. partem ʒ.
mole totum et confice cum siru
po ro. et modico algalie et da pu
ero antequam sugat lac. et pone super sto
machum hoc emplastrum. R. masticis
aloe. acacie. galle. olibani. pani
usti ana. confice cum oleo ro. et pone
super stomachum. est enim expertum ad vo
mitum et salutem puerorum. Et si
in vomitu non fuerit odor aceto
sus sed acutus et color declinet pa
rum ad acumen vel pilorem. propina
puero parum de rob agreste vel ci
toniorum vel cetaniorum. aut de istis
trociscis. Trocisci valentes ad
vomitum puerorum. R. rose. spo
dii ana ʒ. iii. galle ʒ. ii. seminis portu
lace. se. lapacii ana ʒ. i. s. canabre
conficiantur cum aqua rosa. vel
cum aqua mali granati ad pondus
unius ʒ. et da unum trociscum puero
cum sir. ro. et pone super stomachum
istud emplastrum quod valet vomitum
et fluxum ventris. R. farine or
dei. rubi unde. corticum mali
granati ana conficiantur cum aqua
ro. et pone super stomachum. De fluxu ventris
Sequitur de fluxu ventris. Ventris
multotiens accidit eis fluxus ven
tris propter nationem dentium sicut di
ximus. vel propter frigus cum liga
tur puer. vel propter corruptionem
lactis ex colera. aut ex flate. Et
signum colere est quod invenitur in
egestione pueri citrinitas. aut
acumen. et quod egestio exit sine
mora. Et signum frigoris et flatus
est albedo in egestione et tortio in
ventre. et cum egerit nisi fleg
ma sit viscosum exit statim. Et
cura eius ex colera est ut detur pu
ero sirupus rosa. vel maciamorum vel
malorum granatorum cum menta. et accipiat
de spodio posito in aqua et detur
ad bibendum. aut accipiat fer
mentum dissolutum in aqua et co
la et mitte vi. partem ʒ. spodii et
iii. partes ʒ. galle et ʒ. s. cere. et da
bibere. Accipe semen lapacii et mo
le et misce cum vitello ovi assa
ti et da puero. aut da ex hac me
dicina experta. R. seminis lapatii a
cuti. amili nucum persicorum usti ana
ʒ. iiii. glandes. se. papaveris albi.
ana ʒ. ii. cere. aut. iii. pulverizen
tur et detur ex eo puero cum rob
decoctionis. vel sirupo ro. et pone
super stomachum emplastra stiptica. Et accipe
aquam decoctionis sumac et mala
xa cum farina ordei et farina mi
lii et suppone. Si cessaverit fluxus
bene. autem accipe acaciam et cerusam
ana ʒ. i. opii octavam partem ʒ. for
ma licinium et suppone statim
cessabit fluxus. Si autem fuerit ex
frigore vel flate detur puero vi.
pars ʒ. galle cum succo cetaniorum.
vel detur iii. pars ʒ. olibani. Em
plaustrum constipans ventrem valet
stomachis puerorum. accipe citrum
miriam. ceram confice cum vi
no et pone desuper. De constipatione nature
Sequitur de constipatione nature.
Multotiens accidit pue
ris constipatio. Et cura eius est.
ut dos nutrici parum cucumeris a
sini. deinde in alia die lactet puerum.
aut accipe lactis decem et fac ceroticum
cum oleo et pone desuper. aut accipe

mediam. ʒ. storacis sorax. et te
re cum pinguedine renu yrci
et fac licinium paruũ et suppõ.
Et si accidit puero duorum missum
ut constipetur natura ei⁹ et alte
retur in calore et nõ põt uomẽ.
acc. sarcocolle. iij. ptem unius ʒ.
et da cum lacte matris eius. aut
fac clistere cum oleo uiolato.

Sequitur de tussi. Tus | De tussi.
sis accidit pueris in prima eta
te ex frigore. lingue enim eorum nõ
possunt claudere epiglotum. et sic
infrigidatur pectus et ei⁹ instru
menta. Et cura eius ẽ cum eis
que sunt cibus et medicina.
isti enim non debent curari cum
forti uel uehementi med. s; cũ leuit.
acc. amigdalas dulces pista et
confice cum aqua feniculi et co
que cum ea et propina puero sero
et mane. Aut accipe feniculi et
misce cum lacte et da. Et si cum
tussi fuerit asperitas et siccitas ac
cipe semiñ citoniorum et remollẽ in
aqua calida et extrahe eius uisco
sitatem. coque cum penidiis et
oleo amigdalino et da. et si af
fuerit calor misce succũ mali grã
nati dulcis. | Medicamen ad
tussim puerorum cum calore. Rx
seminis papaueris albi. dragãti añ
ʒ. s. sẽ. cucumeris ʒ. s. confice cum
aqua in qua cocte sint sebesten.

Aliud ualens ad tussim puerorum
passas sine acinis fac bullire
in uasis ferreis s; caue ne adu
rantur. postea remoue ab igne
pista et misce cum eis tantũ de
penidiorum et da puero mane et
sero ad modũ nucis. | Aliud ualẽ
ad tussim frigidam. acc. mirram et
misce cum melle et oleo amigd.

et propina. Et si accidente strictu
ra anhelitus. acc. semẽ lini pista
et confice cum melle et da pueris.
aut acc. se. bombacis et da puero
in uitello oui assati. Et si cum tus
si fuerit fluxus uentris da siru
pum mirte cum lacte coctum. aut
coque dactilos cum carnibus in
lacte et propina. | De pruritu et

Sequitur de pruri uulneribus
tu et uulneribus et uesi et uesicis.
cis accidentibus pueris in coriis
ex acumine urine. Et quando accidũt
diuersa uulnera in corpore pueri
et causa ẽ ex corruptione lactis
in se. uel ex corruptione lactis in
stomacho pueri. Ex illis aũt ue
sicis quedam sunt albe. et quedam
rubee. quedam nigre. et quedam ue
hementioris doloris. et quedam nõ.
et si nigre fuerit cum febre mor
tem significat. Et cura generalis
earum est. ut primo incipias in cor
rectione lactis. et pone puerum
sup caldarium aque calide. ad at
trahendũ superflua ad superficiem
cutis siue corporis. Et puero med.
ad expellendum superflua ab in
terioribus ad exteriora adhibeas.
sicut ẽ decoctio dactilorum aut ficu
um cum aqua feniculi. et cum itel
lexeris quod omnes superfluitates sũt
extra. balnea cotidie in aqua in
qua cocta sũt folia ro. et mirte et
huiusmodi. cum aũt puer exierit ab aqua
ungatur cum oleo ro. et si uulnera
fuerint sicca cum oleo uiol. Et si
fuerint humida et multitudi
ne uenenum pone desup cerusam
mixtam cum cera et oleo rosa. Et
si affuerit pruritus et puer fuerit ulte
ser mises. balnea ipsum po cum aqua
in qua decocte sint uiole sicce. et

ordeum excorticati. malua viscus et folia cucurbite. Si non unguas aliquo unguento. et da nutrici fumiterre succum cum mirobolanis citrinis. et abstineat nutrix ab omnibus rebus dulcibus et salsis et adurentibus sanguinem. Et si acciderint in crura aliqua vulnera ex urina pone post balneum amidum vel spodium. aut alcanna. et ro. pulverizatas et mirtam et farinam ordei.

De lumbricis.

Sequitur de lumbricis. Non oportet nos pueris dare medicinas ad potandum contra hanc passionem sed eligemus ex eis que apponuntur extra. Medicamen extrahens lumbricos ab intestinis. accipe ciminum pista cum felle tauri recentis et pone super umbilicum. Aliud. accipe lupinos assinus .i. ali pibi et baucas lauri ana conficiantur cum felle tauri recenti. et da ei cotidie ad bibendum aquam sebesten. aut olim olive aut comedat amigdalas dulces.

De eminentia umbilici. rx.

De eminentia umbilici pueri. accidit hoc pueris quando multum plangunt vel vociferant. aut ex tussi magna. et forte accidit ex casu vel percussione. Et cura eius est ut accipias lupinos et petias panni lini et comburas et conficias cum vino et mox pone stupas et pone super umbilicum. Et si fuerit flexibilis cauterizabis in circuitu umbilici non in loco flexibili propter tenuitatem cutis. Sed si indigueris fortioribus medicinis pone quas dicemus in tractatu crepature.

De crepatura.

Iam diximus superius quot modis accidit crepatura set modo non indigemus nisi medicinis pueris necessariis. Emplastrum valens crepature puerorum. rx. aluminis .xv. aureos. galle .ii. aureos et conficiantur cum vino quousque inspissentur et pone super locum. et suppone spongiam in aceto intinctam mixto cum aqua. et cum ceciderit repone aliud. Aliud breve. ponatur super aliquem pannum glutinum de coriis et super locum ponatur. et permitte quousque adhereat. et si ceciderit aliud reponatur.

De lapide.

Sequitur de lapide qui generatur in vesica pueri. Et signum eius est stranguria et magnus dolor et tenuitas urine. et pruritus in virga. et forte erit virga semper erecta. Et cura eius est ut balneas puerum in aqua calida cotidie et da ei ex ista medicina. Medicamen provocans urinam et frangit lapidem. rx. olibani. mehen radix est cuidam herbe. ana conficiantur cum melle. et detur ad modum avellane mane et sero. Medicamen expertum ad gravitatem lapidis et difficultatem urine. accipe .vi. nuces viridas et pista cum cortice exteriori. et accipe manipulum unum porrorum non lotorum. et ex utroque extrahe succum et mitte in vase vitreo. et colatum da puero omni mane .vii. diebus. et quando venit commitum unge virgam et testiculos cum oleo antiquo aut oleo de ben.

De relaxatione membrorum.

Relaxatio accidit pueris. aut in uno membro aut in toto corpore quod prohibeat ipsum ab ambulatione et motu. Et provenit propter humorem viscosum relaxantem nervos. Et cura eius est si non fuerit naturalis. ut des nutrici sirup

fan̄ ex medicinis subtilib;. et
fit eius cibus siccus ualut yrsas
tate. nec comedat lac. nec carnes
durus nec piscēs. nec uinū lim
phatum. et anq̄ lactetur puer
ponatur in balneo. et inunge
eius iuncturas cum ol̄o d̄ costo.
l' oleo castorei. 7 utatur isto elec
tuario cotidie. Electuariū qd̄
composuit. G. cuidam puero qui
patiebatur spasmū in toto cor
pore. R. mētastri. ro. cinamomi.
masticis. su. meu. ameos. doroni
ci. ȝ cedoar. gariof. añ. aur. i. scaul'
ligni aloes. añ. ȝ. i. musci ȝ. s. un
ge omēs medicinas balsamo.
et confice cum melle. 7 da con
die q̄ntitatem pōc; ȝ. ul' ȝ. s. Et
Et si spasmus fuerit in toto cor
pore pone sup spondile dorsi em
plaustrum eufor̄bij qd̄ sic fit.
acē. ce(re) ℥. i. eufoẛbij. ȝ. i. oleum
qd̄ sufficit et confice.

Pvluis rasis optim̄ contra uen
tositatem. R. gariof. macis
añ ȝ. i. cinami. ȝ ȝ. zedoar. ma
cropipis. carpobalsami. carui. a
nisi. feniculi. añ. ȝ. iij. cimini. sq
nanti. ȝ. i. zucari q̄ntū de omib;.
Pvluis optim̄ ad cō
fortandum uisum. R. folia be
tonice. rute. celidonie. frage. eu
fragie. leuistici. pulegii. folij.
anisi. cinamomi. añ. ℥. s. ȝ ȝ. car
damomi. feniculi. petrosil'. ysopi.
origani. silis montani. añ. ȝ. iij.
galange. ȝ. v. zucari. ℥. ij.
Pvluis auic. optimus ad corrosi
onem gingiuarum. R. sumach. et
gallarum non pforatarum. 7 balausti
arum. 7 aluminis oium añ ȝ. ij.

terantur 7 fiat ex eis dentifricium.
Similiter nō. qd̄ oximel squiliticum
mirabiliter ualet. p̄mo lauando
cum oximelle p(ost)ea puluizet sup
ponendo.
Pvluis ualens cont(ra) eruptionem
sanguinis ex matrice. R. rosarum
siccarum. lenticularum excorticatarum. balau
stiarum. sumach. corticum glandium.
sanguinis draconis. cartule bō
bicine combuste omnium añ. ȝ. ij.
aloes. thuris. ȝ. i. bibantur cum ui
no stiptico. ul' supponantur cum
lana. ul' 7 emplaustretur sup locum.
Pvluis de sp(eci)eb; optim̄
ad frigidum stōm. R. zinziberis
cinami. anisi. añ. ℥. ij. cardamo
mi. ℥. i. gariof. nucis muscate. añ
℥. s. folij. mac. añ. ȝ. ij. cum medi
etate istius puluis tindatur pipis
ponatur. cum alia uō medietate
℥. i. 7 s. zucari dum. 7 illo qui est cū
pipe utatur sup abos. cum uō cū
zucaro utitur 7 añ cibū 7 p(os)t cū
aqua calida. ul' uino. ul' etiam
cum pane.
Pvluis auic. ualens ad uesica(m)
in oc(u)lo. p(ro)ueniens ex corrupti
one uuee tunice. R. antimonij
adusti abluti. ȝ. x. cadmie. et thu
tie aduste ablute. añ. ȝ. v. plūbi
adusti. 7 sarcocolle. ȝ. iij. cerusse. ȝ.
ij. gūmi arabici. gallarum. añ ȝ. i. fi
at puluis subtilissimus. et im
ponatur oc(u)lo mane 7 sero.
Pilule lenes que ualent ad tussim
ex humiditate existente i pec
tore. R. amidi. dragāti. gūmi a
rabici. sucu liquiritie. farine fa
barum. añ equaliter conficiantur cū
sirupo acetoso.
Pilule ualentes ad restringendū
catarrum. R. amidi. draganti.

amigdalarum dulcium excorticatarum. fabarum excorticatarum. seminis papaueris 7 corticis eius. gummi arabice. 7 boli armeni. omnium ana. ʒ. ij. conficiantur cum mucillagine seminum citoniorum.

Pulvis adiumenti ualens pacientibus arsuram in urina. et excoriationem in renibus. uel uesica. uel uirga. Rx. seminis cucumeris. cucurbite. citruli. melonis. portulace. gummi. seminis malue 7 papaueris. ana. ʒ. v. lactuce. amidi. viole. spodij. boli. ana. ʒ. iij. fac puluerem cum misce. ʒ. x. psillij non triti. zucari ʒ. xx. dabis. ʒ. v. cum aqua frigida uel iulap.

Pulvis de ferugine ualens contra opilationem 7 duriciem splenis. Rx. anisi. ʒ. ij. cardamomij. feniculi. ʒ. ana. ʒ. i. spice nardi. croci. basiliconis. carui. apij. petrosilini ana. ʒ. s. ferruginis lote ad pondus omnium. utatur paciens hoc puluere.

Sirupus ualens defecto stomacho et opilationibus splenis 7 epatis. Rx. radicis maratri. endiuie. apij. ana. ʒ. xx. liquiricie. squinanti. cuscute. absinthij. rose. ana. ʒ. x. capilli ueneris. boraginis. seminis endiuie. maratri. anisi. eupatorij. ana. ʒ. v. reubarbari. mastice. ana. ʒ. iij. spicis assari. folij. ana. ʒ. ij. coque 7 adde quinque libras zucari. et fac sirupum.

Trocisci ad idem. Rx. rosarum. berberis. ana. ʒ. vi. reubarbari. spodij. absinthij. cuscute. ana. ʒ. iij. liquiricie. mastice. squinanti. ana. ʒ. ij. endiuie. seminis maratri. anisi. spice. succi eupatorij. aristologie longe. cardamomij. gariofili. croci. asari. apij. seminis costi. cucumeris. cucurbite ana. ʒ. i. tempera cum suco endiuie.

Emplaustrum confectum quod ualet ad duriciem splenis mirabiliter. Rx. armoniaci. bdellij. thuris. mirre. ana. ʒ. i. pone in aceto per noctem uel diem. postmodum addas farinam fenugreci. et sinapi 7 ordei 7 fac emplaustrum et superpone.

Unguentum ualens ad idem quod est rasis. Rx. foliorum rute. ʒ. x. baurach. ʒ. iij. calamenti sicci. ʒ. iij. amoniaci. ʒ. vij. armoniacum dissoluatur cum forti aceto postmodum addatur oleum camomillinum 7 aliquantula cera. 7 fiat inde unguentum.

Medicamen. G. ualens ad idem. Rx. capparis. ʒ. xx. aristologie rotunde. ʒ. x. marubij. ʒ. x. scolopendrie. aureos. xvj. conficiantur cum aceto 7 fiant trocisci duarum dragmarum. detur unus cum decoctione tamarisci. 7 gariofili. 7 eupatorij.

Sirupus ualens contra duriciem splenis. Rx. feniculi. apij. cicoree. eupatorij. scolopendrie. tamarisci. folia salicis. semina frigida. seminis portulace. seminis scariole. cuscute. absinthij. patium. asari. berberis. calamenti. vuam passam. decoquantur cum aqua fecamorum 7 ad medietatem aque. adde acetum. et cum duabus libris zucari fiat sirupus.

Sirupus ualens contra opilationem splenis 7 epatis. Rx. bdellis fractis. semina fracti. vuam passam. rosas. sandalos albos 7 rubeos. seminis portulace 7 endiuie. berberis. tamarisci. eupatorij. calamenti. spice celtice. mole. 7 prune. amigdalas dulces. folia salicis. agni casti. hec omnia

bulliant in aqua in qua ferrarii
extinguunt sua feramenta. et addi
to zucco fiat sirupus.

Sirupus ualens contra ptisim. Rx.
ordei mundati. rosarum. uiol. draga
ti. gummi arabice. seminis citoni
orum. seminis malue. papaueris albi. liq
uiricie. succi liquiricie. seminis bombicis.
sebesten. uue passe ad quantitatem
istorum adde zucari et fiat sirupus.

Sirupus ualens contra
tussim ex asperitate pectoris. Rx. ca
pilli ueneris manipulum .i. uiol.
uue passe. ficus. liquiricie. succi
liquiricie. ordei mundati. amidi.
amigdalarum. seminis malue. dragaganti.
omnium ana. zucari quod sufficit et
fiat sirupus.

Pillule Johannis damasceni que ualent ad
idem. Rx. succi liquiricie. amidi. dra
ganti. amigdalarum mundatarum. gum
mi arabici omnium ana partes equa
les. zucari albi quantum est medie
tas eorum. terantur et conficiantur
cum mucillagine seminis citoni
orum et fiant pillule. et teneantur in
ore die et nocte.

Trocisci Johannis damasceni qui ualent
ad ethicam cum solone nate. Rx.
boli armeni. ʒ .v. castanearum assata
rum ʒ .iiij. spodii ʒ .iij. seminis
acetose excorticati assati. et seminis
plantaginis ʒ .vj. rosarum ʒ .iiij. ber
beris ʒ .vj. carabe ʒ .vi. terantur
et cribellentur et conficiantur cum
aqua citoniorum. aut aqua malo
rum. et fiant trocisci.

Trocisci .G. contra cotidianam fe
brem. Rx. rosarum. spodii. eupatorii.
seminis cuscute. berberis. seminis
endiuie. omnium ana ʒ .iiij. rilo
aloes. draganti. absinthii. anisi.
doronici. loco cuius ponatur gariofilum et
medietas ana ʒ .i. terantur et con
ficiantur cum aqua calida et prouinc
tur cum sirupo acetoso.

Trocisci .G. ad tercianam commixtam.
Rx. rosarum ʒ .ix. spodii ʒ .v. amidi.
ʒ .iij. draganti ʒ .ij. croci dantur ij.
i. pondus .xij. granorum ordei. teran
tur et conficiantur cum aqua tro
cisci ʒ . unius et detur cum sirupo
acetoso et aqua calida.

Electuarium contra distemperantias
stomaci. epatis. renum. et uesice. et fra
ssum soluit intraneorum omnium uen
tositates mire excludit. et instruit
impat. Rx. gariofil. cinamomi. ga
lange. croci. spice. zinziberis. liqui
ricie. anisi. feniculi. omnium ana ʒ .iiij.
mastice. rosarum ana ʒ .iij. ligni aloes.
xilobalsami. api. asari. macropi
peris. melanopiperis. carui. carpo
balsami ana ʒ .ij. macis. folii. nu
cis muscate. zedoar. calami. aro
matici. costi. squinanti. piretri. cu
bebe. calamenti. cimbre .i. saturegie.
armoniaci. cardamonii. ameos. ci
mini. apii. ana ʒ .i. mellis quod sufficit
detur in modum auellane cum uino.
uel sine uino comedere.

Confectio Rasis que mirabiliter ua
let in dolore costarum et intestinorum
uentoso. Rx. nuce sicce ʒ .x. ameos.
cimini. nigelle. seminis leuistici. ori
gani. carui. petrosilini. amigda
larum amararum. piperis. calamenti. ma
cropiperis. dauci. acori. omnium ana
ʒ .ij. baccarum lauri. castorei. serapi
ni. omnium ana ʒ .iiij. opoponacis ʒ .
iij. conficiantur cum melle. de qua su
matur quantitas auellane cum uino
ueteri calefacto.

Electuarium Johannis damasceni ualens
ad asma mirabiliter. Rx. squille as
sate ʒ .iij. radicis lilii ʒ .ij. prassii ʒ .i.

ysopi sicce ʒ. i. mirre et croci. ana ʒ. ss. terantur et cribellentur et conficiantur cum melle. Nota quod pulmo vulpinus siccatus et pulverizatus et bibitus mirabiliter valet.

Emplaustrum valens ad siccitatem stomachi. Rx. fenugreci. seminis lini. violarum. camomille. malvavisci omnium ana ℥. i. masticis ʒ. ii. spice. cipri ana ʒ. i. pulverizanda pulverizanda et contunde herbas et omnibus mixtis cum oleo camomillino fac emplaustrum et suppone stomaco.

Diambra letificans. appetitum provocans. digestionem parat. lumbos et renes confortat. sensum et mentem acuit. ilaritatem et iocunditatem prestat. Rx. ligni aloes. gariofilorum. nucis muscate. macis. folii. cardamomi ʒ ʒ. ana ʒ. iii. cinamomi. ambre. ana ʒ. ii. conficiantur cum siruppo.

Unguentum ad nervorum contractiones et dolores. Rx. cere ℥. xxiii. butiri ℥. ii. vitella ovorum vii. colofonie. armoniaci. amborum ℥. iii. masticis ℥. iii. seminis lini. libani. adipis anserini. omnium trium ℥. ii. conficitur sic. oleum cum semine lini aliquantulum coque. deinde vitella adde sic ceram post butirum. et gummas et adipem. et ad ultimum ceterorum pulverem et bene commixtum. et sic usui reserva.

Unguentum valens ad minutionem sanguinis. Rx. acacie ℥. i. dragaganti ℥. ss. amidi ℥. ss. tempera cum oleo rosato et aqua et fac unguentum ad modum mellis. Item ad idem valent trocisci qui sunt in viatico in capitulo de minutione sanguinis.

Unguentum ad tumores coram.

et omnium nitrorum. Rx. camarum sambuci. verbene. amborum ana fasciculos bini brachii. i. savine. herbe sancte marie. amborum fasciculos singulos. cimarum rubi fasciculum medium. tere ℥. iii. masticis. thuris. sepi omnium ana ℥. i. colofonie ʒ. ii. olei quod sufficiat. conficitur sic. herbas tritas in oleo coque et cola. deinde ceram et sepum adde et liquefactis pulverem admisce. et coagulatum conde et usui reserva.

Oximel iuliani valens contra nodosam arteticam. Rx. folii rute ℥. iii. urtice ℥. i. origani ℥. iii. thimi ℥. iiii. aneti ℥. i. et ss. radicis mandragore ℥. i. et ss. agarici ℥. ii. tere pinguis lb. i. coconidii ℥. iiii. elacterides ℥. iii. alipiados i. lauriole ℥. iii. polipodii ℥. ii. folii ℥. i. squille interioris ℥. iii. costi. spice nardi. reupontici. ana ℥. i. ebuli cimis ℥. iii. asari ℥. i. fu ℥. i. cinapi quod est sambuci cortex medianus. ana ℥. iii. pulegii ℥. iii. epithimi ℥. ii. acori ℥. iii. amomi yperico. cimini ana ℥. i. anisi ℥. ii. conficitur sic. elacterides. costum et coconidium et reuponticum. amomum spicam nardi. tere diligenter. ceteras autem herbas infunde in aceto per dies iii. et sic postea coque et herbis eiectis adde mel quod sufficiat et coques ad spissitudinem mellis. postmodum predictum pulverem admiscens. dosis autem perfecti ℥. i.

Unguentum valens ad guttam. Rx. mirre. storacis. castorei. ana partes equales. fiat unguentum cum oleo camomellino.

Pulvis autem qui purgat flegma suaviter et sine molestia. Rx. turbit partes duas. zinziberis partem

uinam. zuccari albi ad pond' illorum. dña. ʒ. ij. uel. iij. in mane cum aqua calida.

Unguentu aut' ualens ad pruritum testiculorum. Rx. cerusse de plumbo ʒ. viij. sulfuris incombusti ʒ. duas. stafisagrie. ʒ. i. terantur et conficiantur cum aceto.

Oliuum ad dolorem aurium sine capite et surditatem et tinitum. Rx. castorei. mirre. salis nitri. ʒ. i. ellebori albi. ʒ. s. ciperi. quarti. ʒ. fiat puluis qui bulliat cum suco capitum porrorum et uini cepe et aceti. coletur et refrigetur. et auribus tepidum imponatur.

Unguentum aut' ualens ad scrofulas et glandulas. Rx. sinapis. seminis vrtice. sulfuris. spume maris. aristol'ro. baclum. armoniacum. ana equalit'. addant' cera et oleum. et fiat ungtm.

Incip' tractat' de v'tute uisibili etc.

Uirtus uisibilis et materia spiritus uisibilis penetrat ad pupillam oculi p uiam duorum neruorum concauorum qui dicunt' optici. Cum g' sp's ad pupillam uenit et pupilla calefit confortatur et dilatatur ex ipsius motu precipue. Que si alt' oc'lo clauso sp's illius confluunt ad reliquu. sic eni sp's duplicatus in illo pupillam ualde dilatat. et in sua operatione efficitur fortior. Dum aut' sic se h't oculus qui libere recipit influentiam sp's uisibilis sanus est et bn dispositus s'm complexionem et compositione sui. at si ab alio inmutetur compositio et complexio uariat. Signa complexionis oc'li conuenientis et

disconuenientis ex octo cognoscuntur canonibus. ex tactu quide s'm quod calidi uel frigidi sentiunt'. ex uenis siquidem apparibiles si sint humore ebuliente replentur. aliorum non. aut si sint grosse. aut ample. Ex figura quide. figura debet ee rotunda. in superficie plana quod si no fit malum e. ex operationibus suis quia si oculi uelociter mobiles calidi cognoscunt'. alioquin no. vel si ex usu uel operatione uidendi. Quidam eni oculi s'm naturam rem ppe positam maiorem uident. tamen quidam uident de ppe quam de longe. quidam econ. de ppe uidentes sp'm paruum habent sanu tn clarum q non sufficit se extendere ad longinquum. Qui uo de longe sp'm h'nt multu set no subtilem. s; perturbitum et grossum et humidum. unde longo indigent interuallo ad sui depurationem. ut grossi uapores depungentur et separentur. De quantitate aut' et colore et ceteris in tegni .G. sufficient' declarat. Vt ergo dispositio naturalis oculi conseruetur. oportet cauere a fumo. puluere et aere qui egreditur equalitate ex pte frigiditatis uel claritatis. uel a uentis et uaporibus uenenosis. nec assidue rem una intueri. caueat a fletu. et ab inspectione subtilium. et a coitu nimio. uel dormitione. caueat uigilias multas et motum superfluum. et ab ebrietate. et superflua repletione. et cibis fumosis. ut s't. alea porrus. et leguminia dumora. ex aliquibus eni istorum uel omnibus no obseruatis diuerse in oc'lo preueniunt passiones s'm diuersa loca. aut eni in coniunctiua. aut

cornea. aut uuea tunica. aut me
iinam tunicam et cristallinum
humorem. aut in angulis oculorum.
aut in palpebris. aut in uenis a
ut neruis sensibilibus aut moti
uis. ¶ Passiones quae sunt diuerse.
ut obtalmia. scabies. pruritus.
rubor. tela. pannus. ungula. ma
cula. siue cataracta. Inter ista po
agit auctor de obtalmia. Obtal
mia autem quedam uera quedam
non uera. set similis est ei et appel
latur turbatio oculi. calefit enim
oculum et humiditate replet. Sed
obtalmia uera generatur aut ex
causis exterioribus primitiuis superdeis
sicut est puluis. fumus. et aer inte
peratus. et uentus procellosus et
percussio siue uiolenta commotio que
aliquando leuis est et sine cause p
rimitiue coniuncta. et ideo remo
uetur sua causa remota. possibile
tamen est quod propter fortem impulsio
nem in obtalmiam permutetur ue
ram. sicut emplumerant impetum
dam et alie egritudines in aliis.
si ergo permutatur in obtalmiam
ueram arabice alfabein nuncu
patur. hec ergo obtalmia uera
aliquando est in sola coniunctiua. a
liquando penetrat ad corneam. et quandoque
totum cohoperiens oculum pupil
lam occultat. fit autem de sangui
ne. colera. melancolia et flegmate. et de uento
sitate sicut cetera apostemata. ¶ Item ge
neratur obtalmia aliquando secundum ma
teriam reumatis per humores a capite ad
oculos descendentes. aliquando ex hu
moribus defluentibus a membris
inferioribus ut a stomaco et a cerebro
ascendentibus. ¶ Item quedam obtal
mia passiones habet et eius generatio
est secundum periodos. cessat autem et postea
redit quod est quia fumi aliquando pe
tunt oculos aliquando non. ¶ Diuersifica
tur enim obtalmia propter humorem
mordicantem. aut corrodentem. aut
extendentem. aut propter percussionem et
maleationem. Mordicatio autem atte
statur humori corrupto. Corrosio
autem colere attestatur. Extensio mul
to humori frigido. Et maleatio et
percussio uentositati. Sciendum tamen
quod obtalmia multiplicatur in re
gione meridionali. in tempore austra
li et propter balnea calida. Sed tamen talis
obtalmia uelociter curatur quia signi
ficat humoris raritatem et mobilita
tem. ¶ In regione uero septentrio
nali et partibus similibus tardius eue
nit. et tanto difficilius curatur ut
dictum est superius de spasmo iuue
num et puerorum. Ex hoc patet quod ob
talmia cum multa effusione la
crimarum uelocius curatur quam ea que
constricta a qua uix aliquid effluit.
Constricta quidem et constipata significat
humores congestos duros compactos
quos oportet primo resolui in sub
tiles partes et fluidos humores. de
inde uero coartari et inspissari. Dum
enim in fusione lacrimarum et humorum
ab oculo multa est liquiditas et ad
huc durat principium obtalmie.
set dum incipiunt augmentari est
augmentum. et inspissari uero et co
agulari statum significat. quod non re
stat nisi declinatio ut oculi mun
dificentur. ¶ Item ergo fluxus ad
oculos aliquando est per uelamen extrin
secum quod est supra craneum. et est
aliquando per extrinsecum et a uenis que
sunt sub craneo. Fluxum ergo et
reuma a uellamine exteriori et
a uenis super craneum significant
uenarum exteriorum extensio et plenitudo

tuco. et grauitas palpebrarum. et ru
bedo in fronte et pulsatio. huius
cura facilior est. et in hac solum p
sunt strictoria supra frontem.
Fluxum autem a uelamine extrinse
co sequitur sternutatio et pruritus in
naso et palato interius. Iste est flu
xus magis latet et illius cura ual
de difficilis est. Deinceps uero ue
niamus ad signa humorum facien
tium obtalmiam discretam. Si uero
adsit sanguis ista quidem manife
satis exponit. In curatione ergo huius
passionis in primo attendendum
utrum sit a causa extriori primitiua
et si adhuc sufficit cause abscisio
ad quod multum prodest sedatio mo
tus et distillatio lactis mulieris
cum albugine oui. Si autem sit ex
percussione instilletur sanguis co
lumbinus et yrundinis. Ad san
guinis colecti resolutionem et quin
sufficit euaporatio cum aspongia
uel lana succida et oleo rosa. tepido
inuncta. Si autem sit ex multo fri
gore prodest balneum uel stupa uel
umum subtile. decoctio fenugreci et
camomille. Collirium autem ge
nerale contra arsuram oculorum. contra punc
tiones. mordicationes. rubores et
inuisiones palpebrarum. Recipe. thuris
masticis. draganti albi. gummi a
rabici. amidi. thucie. rose subti
lissime puluerizate. distemperentur
cum aqua rosata et lacte mulie
ris. demum bambace intincto o
culis supponatur. Item ad cla
rificandum uisum in omni ca
de opillatione uel cohoptura pupil
le ualet istud. Recipe. mirre. aloe. oli
bani. masticis. sarcocolle. castorei.
et croci. yreos ana. ista puluerizen
tur. in uino albo claro et distem
perentur. deinde in angulis oculorum
distillentur. In cura uero obtal
mie uere attendendum est ab initio u
trum sit a proprio initio membri uel ini
tio altius. Si a proprio initio membri
sufficit intendere ad curam illius.
Si autem initio altius membra man
dantis primo succurrendum est man
danti et post illi cui mandatur. et hoc
est generale in omnibus secundum naturalem
operationem. deinde considerandum est
humor unde fit obtalmia. et secundum
naturam illius humoris ab ipso prin
cipio ponendum sit repercussiua. sicut
album collirium uel roseum que
posuit auctor in littera lenia. et deinde se
quatur euacuatio conueniens hu
morum materia iam digesta. Lenia
autem ponantur sicut album colliri
um uel rosaceum quod ponit auctor. sed
magis conuenit album in principio
et roseum in augmento. Item acci
piatur succus plantaginis cum aqua
ro. et leuiter instilletur. uel psillium
instilletur in aqua ro. uel rose rec
te desuper ponantur. uel lentigo aq
ue cum farina ordei. Item scias quod generaliter
cura apertum primo repercussiua et
dissolutiua exigit et maturatiua.
In apostemate tamen oculorum maturatiua
non debent poni. et precipue in causa
colerica que uelociter et mordicatiue
mouetur. Purgato ergo corpore
fiat collirium quod potenter oculum mun
dificat uno die ut asserit. Constantinus in li
bro oculorum. Recipe. antimonii. acacie.
dragagantis. ana grana .xl.
Recipe. ℥. viii. eris usti loti. ℥. xxi. cer
use. ℥. xxi. mirre ℥. vi. litii ℥. ii.
atramenti ℥. iiii. conficiantur cum
aqua ro. et albugine oui. hoc ualet
contra pannum et maculam.
Dico quod ex quolibet humore in

oculo apri calidi generatur cum in
tra pelliculas oculi continetur uel
fortem generat dolorem uel ca
lefit locus propter uehementem mo
tum spirituum uel consequitur hu
moris putrefactio. Sciendum
est autem quod in nulla passione ocu
lorum faciendum est balneum uel
stupa nisi cessante reumate uel
uniuersali purgatione dum corpori
necesse habent euacuari. et tunc ca
uendum est ne balnea sint mul
tum calida uel post repletionem.
unde dicit auic. Cum corpus est per
fecte mundificatum et propterea in fi
ne obtalmie balneatio ualet in
subtiliando materiam. De ma
culis o
culorum.

Cum plurime oculis acci
dant passiones. tamen in
hoc breuiario non describit nisi
frequentiores de quibus ad presens
intendimus. Per pannos in hoc capi
tulo intendunt omnes oculi co
hopertur sicut est macula. pannus.
ungula. Per albugines uero inten
dit quoscumque humores grossos
inter tunicas oculorum inuiscatos.
Fiunt autem omnia ista ex reumate
ad oculos ueniente. uel ex immuta
tiua oculi et nutritiua et sua opera
tione deficiente. Albugo quidem
est ex flatu uiscoso grosso non
dum in essentia tunice coagula
to. Alia uero est tela in cuticula
indurata. Fiunt quidem ista aliquan
do ex reumate nulla alia passi
one interueniente sicut ex reuma
te potest fieri pannus uel albugo uel
quelibet aliarum. quandoque uero obtal
mia mediante uel aliquando tali
est regressiuo. Ex reumate ma
le curato fungit obtalmia. ma
le superueniente tela uel albugo ex

tela indurata panni. et ex panno con
densato ungula. existente ungu
la corrumpitur uisus. Talia quidem
quanto sunt profundiora et magis ad
centrum luminum accedentia. tanto
difficilius curabilia. quanto uero
a summo posita tanto leuius curabilia.
quando sunt in sola coniunctiua de facili
curantur. Quanto uero ad alias se
extendunt tanto deteriora. Item
quanto sunt recentiora tanto ad
curandum faciliora. quanto ueteri
ora tanto difficilius curantur.
Item inter ipsa est ordo quoniam albugo fa
cilius curatur quam macula. et sic
de aliis per ordinem. Etas etiam
et uirtus sunt attendenda. quia in
pueris et humidis citius cura
tur. in senioribus difficilius. uel
nunquam. ut dictum est supra de obtalmi
a cum particularibus contrariis.
Hec autem quidam habent communia in cu
rando quoniam in omnibus ab initio re
pletio si adest per euacuationem est
diminuenda. et caput sufficien
ter est mundificandum. Item il
lud locale omnibus est conueniens quoniam
quilibet est mundificandum et ma
turandum et digerendum cum balneis
euaporationibus aquarum calidarum.
Cura. coquatur quidem in aqua mellilo
tum. cannomilla. et folia caulium.
et apertis oculis fumus recipiatur.
uel sic palea ordei. bleta. liquiricia.
ysopus decoquantur et idem fiat.
et hec sic conuenit iuuis. In albu
gine uero dum est recens et subtilis
sufficit instillare succi centauree
minoris. uel papaueris. foliorum ru
te. uel teratur cortex ligni dulcis et di
peretur cum succo et bene postea co
lentur et distillentur. In albugi
ne uero grossiore primo fiant ista

cenere supponatur puluis zuccare
ul' sal gemme. ul' puluis teste oui
combuste. Que ualet contra fluxum
sanguinis a naribus si insuffletur
ul' attrahatur. puluis iste .R. sarco
collam. spumam maris. nitrum.
aristol' an. ¶ Ad miliam uero et
ad certam que sunt diuturna post e
uaporationes dictas instillet lac
femine cum aqua decoctionis fenu
greci quod ualde remollit. uel intin
gatur stupa cum rapina in pecia
decoctione calida. et clausis palpe
bris sup oculum ligetur. ul' lana
sucida et studeamus ad remouen
dum. decoctio saxifrage et pim
pinelle ad hec ualet. post remolli
tionem uero pulueribus et collirijs est u
tendum incisiuis et consumptiuis.
Itemque preciosum est balsamus in
stillatus. ul' pauperibus fel animalium
de rapina uiuentium. sicut aquile.
falconis. et aleatis accipitris et
huius. ¶ Item fiat puluis utilissimus
ad supradicta. R. muste tumbe quod est
spuma uitri. spume maris. sto
racis lacte maioris. nitri et zucca
ri ana equales. Ista aspergantur cum aqua
in qua decocta sint acetosa. celido
nia. et semper ad umbram exsiccentur.
et iterum aspergantur cum eadem aqua.
hoc fiat quinquies ul' sexies omnia
terantur et puluis iste sit telam ul'
maculam ul' pannum ponatur ul' sup quod
cumque sanguine exsiccatum. Modo quodam
non grauat dolorem et mirabiliter con
sumit. Et ad hoc ualet cornu cer
uinum combustum et rudimis cum ar
tramento. hoc sunt securiora quam dicta
sunt si quidem ea quam dicta sunt. ¶ Caueas
tamen ne localia imponas nisi suffi
cienter reumate restricto. quoniam talia
reuma magis augmentarent. restri

gatur cum euaporatione aceti sola. uel
aliter. Decoquatur cerea citrinis. rosa.
et absinthium. et parum thuris cum ace
to et aqua in olla fortiter constipata
et fumus recipiatur. ¶ In frigido reu
mate oculorum confert odorare nigel
lam citrinam. ul' laudanum. ul' pomum
ambre. ul' plurimum thus decoctum
in pomo excauato. Strictorium tamen sup
fronte non permittatur ad ponendum.
¶ Oculi lucij .i. luminosi ul' lucidi ab
effectu quoniam uisum clarificant. fit quidem
deque de floribus caprifolij et eius fructu
ut si quantitas una florum et fructuum
coquatur in dimidio sextario aque usque
ad consumptionem medietatis. deinde
coletur postea coquatur usque ad spissi
tudinem et ultimo ponantur .ij. ÷. aloe
sucutrini et duo felliculi animalium
uiuentium de rapina mirabiliter
ualet. ¶ De pustula siue crustula.

Ad hoc capitulum possunt reduci mul
te alie passiones oculorum. ut sunt ulce
ra oculorum. ruptura pellicularum. punc
tum sanguinum rubei ul' nigri uel
alterius coloris rubor. ¶ Crustula
est sanguis circa coniunctiuam agre
gatus. ¶ Ulcera sunt .vij. generum secundum
serapion. et auic. .iiij. in superficie con
nee. Quarum prima est similis fumo qui
est de pingui uentositate. Secunda est ne
bulosa. Tertia est cornealis. Quar
ta est limosa ut flosculus lini. Alia
sunt profundiores uuee tunice pra
miores. ¶ Rupture cornee a percus
sione. ul' a casu. ul' repletione sanguinis
ul' acuminem uini corrodit tunicam
oculorum. ¶ Pruritus ul' punctus san
guinis est quasi gutta humoris in aliqua
parte oculi apparentis. et prouenit ex apo
stemate male curato. ul' motu. ul'
clamore. ul' sanguinis feruore ul' per
cussione. ¶ Rubor est sanguinis sub

tiuo poculum dispsius. ¶ Ista con
ueniunt in dieta. quia cibi et pot'
debent minorari et digestibilia e
xiberi. Item cōmunicant ptim in
medicamine. quia repletio uni
u'salis ul' particularis est semper
diminuenda p euacuationē hu
moris ɔuenientē. Conueniūt
q̄ in quibusdam localibus sic in e
uaporatōē aquarum calidarum simpli
cium ul' compositarum. ut si in aq̄
decoquatur absinthium ul' fe
niculum. ul' camomilla. et mel
liloti et folia caulium cum palea
auene ul' ordei. ¶ Item in uen
tosatiōē colli ul' saphene hec oīa
credo eē communia in passiōibus
pdcīs. Item cōmunicāt in exter
sivis et mūdificatiuis et dissolu
tiuis supfluitatum oclis inher
rentium. ¶ In ulcere uō spale
ut non dormiant sup oclm in
quo est ulcus. ut si est in dextro
dormiat sup sinistrum ɔ⁹ūso.
Extersiuum ulceris uelox est lac
mulieris cum melle ul' aqua in q̄
est mellis decoctio. fenugreci. uel
decoctio lini et fenugreci. l' decoctō
lini et melliloti cum mirra mū
dificata. supfluitati aponatur
confortatiuum. ul' consolidati
uum ut est plumbum ustum.
In ruptura uō uuee stiptica i
uuant et emplaustrata. sicut lē
tes decocte et citonia cum melle
decocta et mali granatum decoc
tum cū aceto. et succ⁹ agreste. ul' cro
cus cum cerusa. amidum. dragā
tum distemptatū cum albugine
oui recentis. In cura uō pdest sā
guis turturis et columbe instil
latus. ul' usui recentia fiat rep
cussio cum cimolea et terra arme
nica. In statu uō mundificatiua
et dissolutiua supponātur: sicut
thus cum aqua salsa. ul' salgē
ma cum lacte mulieris et butir'
mōi. ¶ Rubori oclorum cum est a
causa intrinseca ul' extrinseca
plurimum cōfert flomia uel uē
tosatō in occipitio. quo fcō in utro
q̧ casu conueniūt stupa cū albu
gine oui frigido intincta. ul' in
aqua frā hec ualet in omni uul
nere et pcussione ab ipō pncipio.
Item ualet mussillago psillii ap
posita. Item rose in aqua cocte et
constricte quāto calidiores pote
runt tollerari suppposite quod etiam
multum conferūt in omī dolore
oculorum. et in omī principio obtal
mie. ¶ Rubori uō diuturno mē
tum ualet aloe succotrinū cum
uino albo confectum. ul' cum ui
no malorum granatorum. Item puluis
cimini cum cera ad ignem em
plaustrata calida frequēter apposita.
Item sanguis anguille exsiccatus
et contritus. Item succus berbene
cum radice bugle. ¶ Sequitur de
cimsula. hec sicut dictum ē si a
casuali pcussione fuīt ut si aliq̄s
forti' pcuciatur in oculo unde p
ueniat fluxus humorum statim fi
at repcussiuū cum stipticis i al
bugine oui ul' in aqua frigida
intinctis. deinde fiat emplaustrum
partim mitigatiuū de uitello o
ui cum sōtili farina et succo mal
ue fiat emplm dissolutiuū ptī
repcussiuū et mitigatiuū sicut
cum albumine oui succo malue
apii. mirre. et ultimo mundifica
tiuum et solidatiuū cum succo a
pii. feniculi. uino albo. et lacte mu
lieris de puluere cimini aloes lini

et mirre. hec est optimu in crusta
ocli. ad duplicem pannu istud co
letur et fiant illa que dicit. 9.

De limpitudine et supfluitatib3

Lacrime cum etc. Ad hec ca oclo4.
pitlm pot reduci limpitudo. et
omes ocli supfluitates. In lim
pitudine aut nullum appones
repcussiuu s3 magis euacuare
expellendo. mulgendo lac muli
erum puellas nutrientium. Ite
fomitando cu aqua simplici. ul
aqua decoctionis herba4 dissoluti
ua4. ut camomille. mellilotu.
apponendo emplm de olibano se
mine feniculi et sepo arietino. e
uacuando caput p flomiam. et
medicina si sit repleti. In a
conitate uo ocli et lacrimis fi
at colirium. R. sal gemme. 3. 1. ui
ridis eris. 3. s. hec in uino albo s
subtili gutta una in oclo instil
letur. ul combuatur uua acer
ba in olla rudi. cuius puluis pul
uerizetur. et cribetur p pannu
subtilem et in oculis imponamus.
hec eni in oclis positum lacrima
constringit. ruborem tollit. Vl
alit fiat ungtm lacrima4 con
stringentiu ex sucis feniculi. ru
te. mellis. uino. urina pueri. o
pio. et pauco aloe. hec decoque ad
ocli passionem. Sciendu aut
q lacrime iste possit fieri a cau
sis primitiuis. ut puluere. fumo.
gaudio. ul dolore de quib3 no e
curandum. Item possit ee
a causa interiori. et hec duob3 mois
ul a sanitate ul in egritudine.
Si fuit in egritudine uehementia
ipius signum e mortale ut dic
ypo. quia significat uirtutis co
uersiue debilitatem. ul apta o

culo4 qnq3 fiunt in sanitate.
Hau4 aut quedam st natiue qda3
accidentales. natiue quide3 sunt
pter naturalem capitis et ocli de
bilitatem. ul ppe incisionem. uel
pcium lesionem. natiue aut
uix curantur. Accidentales uo
quedam st de uenis sub craneo.
quedam sut de uenis que st sup
craneum. et curantur cu3 restric
tiuis sr frontem et tempora posi
tis de mastice. thure. bolo. et hui
cum albugine oui. et cum regi
mine diete competentis. Lacrime
aut que fiut de uenis subtilibu
difficilem hnt curam. In pri
mo g dieta ordinetur. pungetur
caput cum yerapigris et aliis. de
inde fiat colirium de mastice. e
mathice. lichomia. aloes distem
peratis cu3 suco saluie ul rute.
Item radatur caput. deinde cu ace
to tepido lauetur. post cu3 melle
inungatur. deinde sinapizet cu3
puluere saluie. rute. sinapi. his
uo ualentib3 fiat cautia sr radi
ce auris. et hec e colirium utilis
simu. R. thucie. aloes. mirob3 ol.
citri. cu3 corticib3 et osse. corallos
albo4 et rubeos. et cafora. suci eufra
gie. uerbene. etc. De uisu. R.

Capitlm istud e spalit de noctilu
pia. Est aut noctilupia passio ut
debilitetur uisus a uespe in antea
ita ut uideat de die circa noctem
aut parum ul nichil. Hui aut
causa passiois est motus humo
ris melancolici crossi uii spus inero
santur et uisus deficit. obscuranti
hec sepe accidit eis qui hnt oclos
debiles et nigros et paruos. et spm
uisibilem debilem. Accidit aut
ex egritudinib3 diuturnis. In

cura g° huius passionis si adsit re
pletio sanguinis/ul' quatuor simul
humorum precedat flobotomia. deinde se
quatur euacuatio p medicinam la
xatiuam. Si aut sit flegma
ul' melia: digesta materia precedat
medicina laxatiua. dein stufa
conueniens. postea in certu stuphe
opiati. sicut metridatum uel
tyriaca. deinde fiat minutio de
cephalica. Item inde; de uenis lac
malibus que sunt in angulis ocu
lorum. Plurimi q iuuat usus
mirobolanorum conditorum. Juuat q
usus electuariorum. ut est leticia
.G. diaitos phyris. Item iuuat poti
num aromatici. Item fiat colli
rium ex pipere longo. ʒ. spici na
di. Item fiat collirium de felli
culis q de capite capelino sicut po
nit auctor. De defectione ui
sus defectio. hic ponit sus. re.
de alia passione in qua uisus de
bilitatur de die sicut de nocte q
contingit ppt malam dispositione
oculi. ul' capitis solius. ul' totius
corporis. ul' ppt causas exteriores
aduenientes. que sunt cause primi
tiue. quod est continuus aspectus
corporis lucidi. sicut lunaris ul'
solaris. ul' ppt inspissatione spus
ul' constipatione superfluam quod
fit pp nimiam moram in tenebr
is in cauernis. sicut eni extin
guntur spus uisibilis sic uitalis
ex angustia q tristicia. Item hec
accidit ppt euacuatione superflua
ul' ppt maliciam egritudinis in
propinquitate mortis. q hec omnia
ad primitiuas causas reducimus.
Modo uideamus de causis antece
dentibus. prima g° puenit ex mala
dispositione oculi. hec eni contigit
ul' ex parte spus ul' ex parte tunicarum
oculi. ul' ex parte suorum humorum. ul' ex par
te nerui concaui. Ex parte itaque spus
quia spus potest esse nimis subtilis
et paucus. aut nimis grossus et
multus. Si subtilis q paucus ui
det de prope q no de longe quia cito
dispergitur siue resoluitur q defic.
Si multus q grossus est. q uidet
de longe q no de prope. quia radius
exiens ad rem uidendam subtili
atur q depuratur in uia si uide
amus extramittendo. Si si uide
amus intus suscipientes dicimus
quod res a remotis subtiliant spm
uisibilem nimis grossum ex mul
to aere int medio. Item sm
id contingit res uisa uideri aut
minor aut maior q sit. Item
ppt malam dispositionem tuni
carum accidit. aut ppt ulceratione
carum. ul' pp rupturam. ul' ppt puc
tum sanguinis. ul' pp alteri hu
moris. ul' ppt obtalmia: diutu
nam. ul' ppt mala dispositione
earum cum materia ul' sine materia.
hec cause possunt assignari i hu
moribus oculorum. ppt malam dispo
sitione. ul' propter malam comple
xionem nerui concaui. ut si ner
uus concauus repleatur uel op
piletur. ul' si sit ibi apl. ul' rup
tura. hec aut cause omnes ppria ha
bent signa. ppt malam disposti
onem capitis ul' totius corporis
ut sit ibi aliqua malarum comple
xionum cum materia ul' sine ma
teria. Signa aut diuisorum istorum
omnium p medici prudentia satis
facile cognoscuntur. Causis g°
sic cognitis p sua signa sic ordi
netur cura. Si sit particularis l'
uniuersalis repletio euacuatio

conueniens procedat. Deinde uero si adsit mala complexio calida et sicca humectantia ministrentur ut aqua casei et illinitio lactis supra totum caput. et oleorum humidorum. ut olim nenufarinum: et uiolaceum. et alia humectantia. potus. sompnus moderatus et similia.

Si autem in causa humiditas sit superflua post euacuationem: sequantur localia. sicut gargarizatio. masticatio. sternutatio. uomitus sine labore. collíria. deinde cum felliculis animalium calidorum terrestrium et aereorum. Item ex puluere mirobolanorum in aqua rosa. temperatorum. vel ex duabus nucibus et. xx. nucleis mirobolanorum citrinorum et piperis. ʒ. v. Ista terantur et fiat collirium. vel ex aloe. et sale armoniaco. hec omnia possunt temperari cum suco feniculi et eufrasie. uel berbene. uel fragarie. uel celidonie. uel ex eis insimul. Iuuat etiam: usus tyriace. uel comestio carnis. et instillatio balsami. et cauere a coitu et ebrietate. et nimia repletione. et salsis et acutis. et leguminibus acetosis. unctuosis et acuminibus. ut est porrus et cepe. et ab inspectione corporum subtilium splendidorum. prodest enim comedere picam. uel conburere in olla rudi in furno. et puluerem illum in oculis ponere. uel aspergere. hic idem ualet contra cardiacam trementem. et diafoeticam. et contra ficum. et fistulam. et in sufflatus etc.

Tacuinum sanitatis in medicina ad narrandum sex res necessarias & in narratione iuvamenti ciborum & potuum & indumentorum nocumenti ipsorum. Et in remotione nocumentorum iuxta consilia meliorum ex antiquis. Composuit hunc autem librum Elbullzassein Elmuthar filius Hababdym filii Buctilan medici de Baldach:-

